6454

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
SALERNO
BIBLIOTECA
Ms.
7
VENTIMIGLIA
VOL.

Maria Felice Ventimiglia
moglie di Urbano Barberini
principe di Preneste (Palestrina)
nella chiesa di S. Nicola
da Tolentino in Roma
epigrafi in questo volume

CBA - Ms. 7
(VENTIMIGLIA)

CENTRO BIBLIOTECARIO
DI ATENEO
FONDO VENTIMIGLIA
N. INGRESSO
451

CARIO DI ATENEO

1. In Ecclesia S. Ioannis in Aymo. humi. Anno 1504.

...ILINA. PAI

FIL. A. ANTONELLO CALABRO. VIRO. QUONDAM SV

O. DEFVNCT

O. IIII. ID. FEBR. M. D. III. PIENTISSIMA POSUIT

---

S. Ioannis Decollati humi. Anno 1588.

D. O. M.

Alex. Massario Falcaciorino

Praesbytero vitae morumque

Integritate Singulari

Societas Misericordiae

Ob Navatam Per Plures Annos

Summa Cum Pietate

In Suo Munere Operam

P. C.

Obiit III. Idus Feb. ann.

MDLXXXVIII

Aetatis LV

---

S. Ioannis Florentinorum, humi. Anno 1754

D. O. M.

Philippus Ernestus Baro de Bruggen

Ex liberis Curlandiae Nobilibus

Post varios qui Belli Labores

S. Johannis in Laterano

Pertinet ad annum 1255. in quo obiit

Memoriae

Bernardi Caraccioli

Neap. S. R. E. Cardinalis

---

Haeresi Lutherana abiurata

Fidem Catholicam Romanam

Amplexatus

Et In Clericorum Ordinem Adscriptus

Religione Prudentia

Animi Fortitudine Conspicuus

SS. D. N. Benedicti PP. XIV.

In Cubiculo Honorario

Septuagenario Maior

Obiit Romae V. Idus Decembris

MDCCLIV.

Hic Resurrectionem Expectat

Nicolaus Sanctamaria Eques Grenensis

SS. Vaticanae Basilicae Can.

Haeres Fiduciarius

---

In Ecclesia S. Joannis in Laterano. Obiit an. 1255.

Memoriae

Bernardi Caraccioli

Neap. S. R. E. Cardinalis

# In Ecclesia S. Joannis in Laterano An. 1574

1

D. O. M.
Julio. Aquaevivae S. Theodori
Diac. Card. Io. Hieronymi
Ducis Atriae clariſs. viri
filio ob egregias animi
dotes adolescenti a Pio
V Pont. Max. in Collegium
Cardinalium cooptato
ejusq. dignitatis munerib.
praeclare functo
Andreas Matthaeus Patruus
Archiep. Consentinus pos.
Vix. Ann. XXVIII. Obiit XII
Cal. Augu. MDLXXIIII.

# Item An. 1602



Deo Salvatori
Julio Ant. Sanctorio Casertano
S. R. E. Card. S. Severinae
nuncupato Episcopo Praenest Summo Inquisitori
et maiori Pœnitentiario
morum castimonia
Christiana liberalitate
Disciplinarum eruditione
et eloquentia clarissimo
Jur. Sedis Apost. propugnatori acerrimo
plurium religionum
et exterarum NATIUM Protectori pervigili
pari animi magnitudine
inter prospera, et adversa
a Pio V. sanctiss. Pont.
in sacrum Cardinal. Colleg. cooptato
in magna existimatione habito
et ab omnibus etiam subseq. Pont.
propter eius fidem
religionem et pietatem
Paulus Aemilius Archiep. Urbinas
Et Julius Ant. Archiep. Cosentinus
german. F. F. patruo meritiss.
monumentum excitandum
et sacellum perficiendum curarunt
Vixit annos LXX
in Cardinalatu vero XXXII.
Obiit Sept. Idus Junii Anno CIƆIƆCII.

Item in pariete eiusdem Ecclesiae An. 1625 „

3

Lucretiae Tomacellae
Paliani Ducis
Coniugis optimae
immortalibus meritis
Philippus Columna
Anno Iubilei
M.D.C.X.X.V.

Item in eadem Ecclesia Sepulchrum cum protome An. 16

4

D. O. M.

Josepho Caesari Arpinati
Equiti S. Michaelis
qui Summis Pontificibus, et Regibus charus
vitę lineis actis laudabiliter
virtutem in se
lineis vero picturę elegantiam naturę omnem
in tabulis ac miraculum expressit
Romamq. sparso foelicius colore quam cruore
docuit pugnare rursus
vincere atque in Capitolio triumphare
merenti tropheum sed morienti
Dorothea Maggi eius coniux
Mutius Bernardinus Flavia
filii mœrentissimi
tumulum
hic in Basilica Lateranensi
posuerunt
Vixit annos 72 Mens 4
Obiit An. Sal. 1640.

---

Mirandum quod Johannes Baglionius Romanus, et coaetaneus Vite de Pittori, e Scul
pag. 259. Neapoli 1743. scripserit Arpinatem fere octuagesimum aetatis suae
annum attigisse, et in Ecclesia Araecoeli de se optime merita sepeliri voluis
Huic monumento quod adhuc restat magis fides adhibenda est quam Bagli

## Item An: 1700. 5

D. O. M.

Hieronymus Casanate Neapolitanus
Tit. S. Sylvestri in Capite Presbyter Cardinalis
S. R. E. Bibliothecarius
Ob. V. Non. Mart. An. Jubil. MDCC. Vix. Ann. LXXX. D. XX.

---

## Ibidem in Cappella Ursinorum humi in Lapide marmorea An. 1789

D. O. M. 6

Dominicus Cardinalis Ursinus
Obiit
Die XIX Januarii Ann = MIϽCCLXXXIX
Aetatis Suae Annorum LXIX. Mens VII Dies XV
Hic Resurrectionem expectat
Orate pro Eo.

# In Hospitali S. Joannis Lateranen.

Ubi corporum Sanitati opitulatur
ibi et quidem consultius
animarum saluti semper intentus.
Innocentius XII. P. M.
omnibus in Domino quiescentibus
solo pretiosissimo Jesu nomine
sive ore sive corde prolato
plenissimam omnium delictorum suorum veniam
liberaliter est elargitus
en marmori sed altius cordi impressum
grati animi monumentum posuere
Marius Ciantes Marchio Franciscus Antonius Lancia
Joannes Baptista Casalius Coccianus Custodes
et Joseph Boccapadulius Camerarius.

---

In Ecclesia S. Joannis de Malva, humi. Anno 1604.

D. O. M.
Vincentio. Denti
Messanensi. Luciani
Patritii. Filio. V. I. U. D.
Et Sac. Theol. Doct.
Pari. Nobilitate. Scie
ntia. Ac Probitate Con
spicuo. Qui Reliquum
Vitae Cursum. Ulti Pos
tremos XXXIV. Annos
In Praesentis. Ecclesiae
Regimine. Aliisque
Pietatis. Officiis. Laudabiliter

Peregit
Decius · Dens · Mentis
Fratri · Sibi · Suisq · P.
Obiit · Romae · III · Kal · Julii
M · D · C · IIII · Cum Vixisset
Ann · LXVII · Mens · IX ·
Dieb · XXV ·

---

Ibidem in pariete. Anno 1727.

D · O · M ·

Ecclesiam Hanc a Sixto IV. Restauratam
A Clemente XI. Cle · Reg · Minist · Infirmis
Perpetuo Concessam
A Benedicto XIII. Parrochiali SS. Dorotheae Suppressa
Ampliori Iure Donatam
Zosimus Valignani Archie · Tessalonicen
Una Cum Ara Maxima Solemni Ritu Sacravit
Die XXI · Septembris MDCCXXVII.
Eiusque Anniversariam Celebritatem
Ad XXI · Diem Octobris Transtulit

---

S. Joannis ante Portam Latinam, humi. Anno 1569.

D · O · M ·
Jo · Petro · Verallo
Albano · Lucanae
Oriundo · Beneficiato
Later. Qui Vixit . . .
Annos LV. Antonius
Verallus · Fratri · B.

M.
Ex. Eius. Voto. Pos
Obiit. XVI Cal. Ian.

M. D. LXIX

S. Ioannis et Pauli. Anno 1588.

Antonius Carafa Huius
Tituli S. R. E. Presb. Card. Sex huius Ecclesiae
Altaria a Ludovico
Archiepiscopo Montis Regalis
Die Festo S. Ioseph M. D. XXCIIX
Consecrari
Curavit quo die
Quotannis Visitantibus
Unum Ex Iis
Altaribus
Sixtus PP. V.
Decem Annos de Vera
Indulgentia Concessit

In Atrio Sacrarii

Innocentio XII. Pontif. Optim. Max.
Qui Ad Christianae Et Ecclesiasticae Disciplinae
Incrementum
Congregationi Missionis
Inter caetera Amplissimae Munificentiae Argumenta
Basilicam Hanc Domum, ac Reditus
Perpetua Unione Addixit
Grati Animi Testimonium

Ibidem humi In Ecclesia An. 1772. H. S. E.
Nicolaus Perellius Neapolitanus
E Ducibus Montis Stataci
Qui Camerae Appostolicae Magistratibus
Praeclare Gestis
In Sacrum Purpuratorum Collegium
A Clemente XIII. P. M.
VIII. Kal. Octobris M. DCCLIX. cooptatus
Est. Cuius Eximium Erga Remp. Meritum
Quod Sua Cura Portu Anconitano
Iactis In Album Nobilibus
Atque Assessoribus Muneris
Pontificiae Ditionis Commercium
Amplificavit
Vixit Annos LXXV. Menses II. Dies II.
Obiit VI. Kal. Mar.
M. DCCLXXII.

# In Cryptis Vaticanis An. 615

Gregorio quartus iacet hic Bonifacius almus
huiusq sedis fuit equus rector, et aedis
tempore Q Focae cernens TEMPLM fore Rome
delubra cunctorum fuerant quo Demoniorx
hoc expurgavit sanctis cunctisq dicavit
ejus natalis sollempnia qui celebratis
primis Septembris fert haec lux quarta KLDIS.
Octavus titulo hoc Bonifatius ossa reperta
hec locat erecta Bonifatii nominis ara

---

Apud plerosque quà mutilum quà mendosum habetur hoc Epitaphium Duo postremi versus iussu Bonifacii Papae VIII. additi fuere. moritur Bonifacius IV. die VI. Maii Anni DCXV Marsus ex Civitate Valeria inter Sanctos adnumeratur, qui Templum Pantheon in honorem S. Mariae ad m. Martires dedicavit die 13 Maii, quo die illud festum Itali usque ad Gregorium IV celebrarunt, qui illud in Kalendas Novembris transtulit, quod nunc celebratur. Vide Dionysium Sacr. Vat. Basil. crypt. Monum. Tab. XVI. pag. 32.

---

Ibidem

In Monumento

Hic iacet Urbanus VI. Pont. Opt. Max.

Quondam legebantur carmina quae subiicimus

Hic animo magnus, sapiens, ingensque Monarcha
Parthenopaeus adest Urbanus Sextus in arca.
Fovebat Fidei latebras conferre magistris;
O decus! his fretus semper post prandia sistris
Schismatibus magnis animo maiore regebat
Omne simoniacum tanto sub Patre tremebat. Δ

Δ Quid insit hunc tertius versus [illegible] Pro meritis caeli splendet sibi gloria [illegible] V.D. Dionys. Tab. LVI. pag. 1049.

Δ Neapolitanus ex nobili Prignianorum Familia. Obiit Romae Idibus Octobris an. 1389. aetatis suae an. 72.

## Item in Cryptis Vaticanis

Innocentius
Papa VII
Sulmonensis Melioratus:
mortuo Bonifacio omnium
votis legitime electus. Anno Pontifi-
catus secundo subita Apoplexia sublatus est

## Ibidem An

Innocentio VII Pontifici Maximo quum
neglecti eius sepulcri memoria pene interisset
Nicol. V Pont. Max. instaurari hoc curavit

Anno 1447. Nicolaus V. Sarzanensis reluctans eligitur

# S. Petri in Vaticano

## In Sacello S. Gregorii Magni ubi eius Corpus adservatur. An. 1628.

III

Fabritius Antinora Archiepiscopus Materanus consecravit
✝
Die XVII Septembris MDCXXVIII.

Ughellius in Archiep. Acherunt. scripsit hunc Fabritium ipsa Octobre VIII. anno 1628. praeter hoc Altare duo alia eodem die in Ecclesia Vaticana consecrasse, idest illud S. Petro Cruci adfixo dicatum, et Altare Ananiae. Sed de aliis desideratis, de Altaris S. Gregorii consecratione haec memoria remonet

## Item in eadem Ecclesia

Innocentius XII

Pont. Max

## S. Petri in Vaticano. In Urna An. 1746.

Innocentius XII

Pignattelli

Innocentii XII P. M.

inornatum monumentum

in hanc elegantem formam redigi curavit

adprobante Benedicto XIV P. M.

Vincentius S. R. E. Card. Petra Ep. Pren.

et M. Pœniten.

A. S. MDCCXLVI.

S. Petri in Vaticano sub simulacro S. Francisci de Paula.

Fundatori suo
Ordo Minimorum erexit
Anno Domini MDCCXXXII.

Ibidem sub simulacro S. Camilli.

S. Camillus
Cler. reg. ministr. infirm.
fundator.

In Ambulario ante Sacrarium S. Petri in Vaticano.

Deo. Opt. Max.

Paulus Malchionis
Puteolani. fil. cuius
egregiis. virtutibus.
ni fata. rapuissent.
equalem. locum. for-
tuna. dederat
qui. vix. An. XXVIII
M. VI. D. X.
Franciscus. fratri
optimo posuit

Lud: Antiquarius couravit.

In Sacrario Basilic Vaticanae. Aenea tabula cum Pontificis protome

~~Memoriae aeternae~~

Pauli IV. Pontificis Maximi
Christiane legis antistitis religionis
vindicis libertatis assertoris
Sanctissimi ac piissimi Principis
Patris patrie domini nostri clementissimi
quod iustissima eius sententia
antiquatis superiorum principum
decretis Vaticane Basilice
veteris patrimonii predia
que temporum iniuria
iniusto imperio detinebantur
sunt restituta
Princeps ordo Canonicorum omnibus
in concilio idem decernentibus
~~decreto in tabulas relato~~
ac votis communiter susceptis
communique ere collato
ad augendam loci gratiam
Statuam collocavit
quotannisq X. Kal. Junii Christiano
more rituque Sacrum
fieri censuit,
Eoque facto a Basilice vectigalium
questore pecunia Basilicanis
qui sacris preste fuerint
pro Sacerdotii gradibus viritim
dari constituit.

## An. 1725
## Initio graduum Fornicis

Benedictus XIII
Pont. Max.
Portam auream reseratam
ab Innoc: XII Pont. Max.
Anno Jubilei MDCC.
aperuit et clausit.
Anno Jub. MDCCXXV.

---

## Ibidem An. 1700

Clemens XI P. M.
Portam hanc Sanctam
quam Clemens X. P. M.
Anno Jubilei M.DC.LXXV
reseraverat, et clauserat –
ac Innoc. XII P. M. aegrotante
Sac. S. R. E. Card. Collegium
per Eman. Theodos. Eps. Portuen.
Cardinalem Bullionium
iterum reseraverat
clausit
Anno Jubilei MDCC.

Item in fine graduum Fornicis. Anno 1791 —

A dì XXI Aprile MDCCXCI.

Ferdinando IV Re delle due Sicilie
salì ad oſservare la Cupola
ed entrò fin dentro la Palla

# In Bibliotheca Vaticana An 1607

## Paulus P. P. V.

Ad perpetuam rei memoriam

Alias. felicis. recordationis. Clemens. Papa VIII praedecessor. noster. Officio. S. R. E. Bibliothecarii

quod bonae memoriae. Caesar. Tit. S.S. Nerei, et Achillei Presb. Cardinalis Baronius. nuncupatus

S. R. E. Bibliothecarius. tunc. in humanis. agens. obtinebat. de aliquo. subventionis. auxilio. providere. volens.

motu. eius. proprio. Monasterium. Abbatiam. nuncupatum. Sanctae Mariae. de Venticano.

Sancti. Benedicti. vel. alterius. Ordinis. Beneventanae. Dioecesis. illius. commenda. tunc. per. obitum. quondam. Jacobi. de Leo. defuncti cessante

ad huc. eo. quo. ante. commendam. ipsam. vacabat. modo. vacans. cum. annexis iuribus. et pertinentiis. suis

praedicto. officio. ita. quod. liceret. dicto. Caesari. Card. et pro. tempore existenti S. R. E. Bibliothecario.

pro eius. commodiori. manutentione. ac. onerum dicti. officii. supportatione. corporalem. realem

et. actualem. possessionem. Monasterii, et annexorum. iuriumque. et. pertinentiarum. praedictorum

per. se. vel. alium. seu. alios. ejus. ac. dictae. Bibliothecae. nominibus propria. auctoritate. libere. apprehendere. et. apprehensam. perpetuo. retinere

nec non. Monasterii. et. annexorum. huiusmodi. fructus. redditus. et proventus iuraq. obventiones.

et. emolumenta. percipere. ac. in. suos. et. dictae. bibliothecae. usus. utilitatem. et necessitates. convertere

cuiusvis. licentia. desuper. minime. requisita. apostolica. auctoritate perpetuo. univit. annexuit.

Et incorporavit. prout. in litteris. apostolicis. desuper. confectis. quorum. tenorem

praesentibus. pro. expresso. haberi. volumus. plenius. continetur.
Cum. autem. officium. praedictum. per. obitum. dicti. Caesaris. Cardinalis. qui. hodie. seu. nuper.
apud. Sedem. Apostolicam. debitum. naturae. persolvit. vacaverit. et. vacet. ad. praesens.
Nos. sumptib. et. expensis. qui. quotidie. in. dicta. Bibliotheca. fieri. solent. aliqua. ratione. consulere. cupientes.
ac. dicti. Monasterii. fructuum. reddituum. et. proventuum. verum. annuum. valorem.
secundum. communem. aestimationem. aliarumq. unionum. dictae. Biblioth. forsan. hactenus. factarum.
tenores. praesentibus. etiam. pro expressis. habentes
motu. simili. ac. ex. certa. scientia. nostra. deque. Apostolicae. potestatis. plenitudine.
omnia. et. singula. Monasterii. et annexorum. huiusmodi. fructus. redditus. proventus. iura. obventiones
et. emolumenta. in quibusvis. rebus. consistentia. et. undecumque. provenientia.
praevia. illorum. separatione. et. dismembratione. a. dicto. officio. praedictae bibliothecae. ac. illius. sumptibus. et expensis. non. autem. illius Bibliothecario
destinata. et. applicata. esse. et. censeri. decernimus. et declaramus. prout. quatenus. opus. sit.
motu, et auctoritate. paribus. ex. nunc. tenore. praesentium. applicamus. et appropriamus -
Ita. quod. futuri. S. R. E. Bibliothecarii in perceptione fructuum reddituum. proventuum.
et. emolumentorum. huiusmodi. nisi. ad. commodum. et utilitatem. Bibliothecae
ac. expensarum. huiusmodi. sese. quoquomodo. ingerere. non possint. nec valeant.
Sed. ipsi. tantummodo nudi administratores fructuum. redditum. proventuum

et emolumen

et emolumentorum . ac . aliorum . bonorum . dicti . Monasterii . sint . et . esse . censeantur.
decernentes . praesentes . litteras . etiam . ex . eo . quod . dictum . officium . legitimo . careat . defensore
et . quicumque . in . praemissis . interesse . habentes . vel . habere . praetendentes . illis . non . consenserint
et . ad . ea . vocati . et causae . propter . quas . emanarint . verificatae . seu . iustificatae non fuerint
aut ex . quocumque alio . capite . vel . causa . quantumvis . legitima . et iuridica .
de . subreptionis . vel . obreptionis . vitio . notari . impugnari . retractari . annullari . invalidari .
seu . in . ius . aut . controversiam . vocari . ad . viam . et . terminos . iuris . reduci .
aut . adversus . illas . quocumque . iuris . gratiae . vel . facti . remedium . impetrari . vel . concedi .
nullatenus . umquam . posse . sed . illas . semper . et perpetuo . validas et efficaces . existere . et fore
suosq. plenarios . et integros . effectus . sortiri , et obtinere . ac . ita . per quosqumq. iudices . ordinarios
et . delegatos . etiam . causarum . Palatii . Apostolici . Auditores . ac . S. R. E. Cardinales . etiam . de latere . Legatos .
sublata . eis . et eorum . cuilibet . quavis . aliter . iudicandi . et . interpretandi . facultate . et auctoritate .
iudicari . et . definiri . debere . ac irritum . et inane . quidquid . secus . super his a quoquam .
quavis . auctoritate . scienter . vel ignoranter . contingerit . attentari
Inhibentes . pro . tempore . existenti Bibliothecario praedicto . ne . in . perceptione . fructuum . redditum
proventuum . et emolumentorum . praedictorum . ac . aliorum — . iurium . dicti . Monasterii
in alios . quam . usus . praedictos . se . immiscere . audeat . seu quoquo . modo presumat .
Non . obstantibus . praemissis . ac . nostris . de . non . tollendo . iure . quaesito

et . unionib . committendis . ad . partes
vocatis . quorum . interest . ac . Lateranensis Concilii . novissime . celebrati
uniones . perpetuas . nisi . in . casibus . a iure . permissis . fieri . prohibentis . a-
liisque . constitutionibus
et . ordinationibus . apostolicis . nec . non . Monasterii . ac Bibliothecae . hu-
iusmodi . iuramento
confirmatione . apostolica . vel . quavis . firmitate . alia . roboratis . statutis .
et consuetudinibus -
privilegiis . quoq . indultis . et . litteris . apostolicis . illis . ac . dicto Bibliotheca-
rio . aliisq . superioribus
et . personis . sub . quibuscumq . tenorib . et formis . ac cum . quibusvis . etiam .
derogatoriar . derogatoriis
aliisque . efficacioribus . et insolitis . clausulis . irritantibusque . aliis .
decretiis . etiam . motu . pari .
et consistorialiter . ac . alias . in . contrarium . forsan . quomodolibet
concessis . confirmatis . et approbatis
quibus . omnibus . et . singulis . etiam . si . de . illis . eorumq . totis . tenoribus . spe-
cialis . specifica . et . individua
non . autem . per . clausulas . generales . idem . importantes . mentio . seu . alia .
expressio . habenda . foret
tenores . huiusmodi . praesentibus . pro . plene . et . sufficienter . expressis . habentes
illis . alias . in . suo . robore . permansuris . hac . vice . dumtaxat . specialiter et expresse
motu . simili . derogamus ceterisque . contrariis . quibuscumque .
Volumus . autem . ut . pecuniae . omnes . ex dicto . Monasterio . quomodo-
libet . provenientes
penes . Depositarium . Camerae . nostrae . apostolicae . deponantur . et . in-
de . non . amoveantur
nisi . ad effectum . illas . in . usus . sumptus . expensas . et necessitates . di-
ctae . Bibliothecae .
Non autem . illius . Bibliothecarii . realiter . et . cum . effectu . con-
vertendi . iuxta . tamen . mandata
ab eodem . Bibliothecario . seu . ab . eo . deputando . subscribenda
Datum . Romae . apud S. Marcum . sub . Anulo . Piscatoris die 1 . Iulii MDCVII
Pontificatus nostri Anno III

Scipio Cobellutius .

# In Vaticano An 1516.

Monte sub hoc Elephas ingenti contegor ingens
quem Rex Emanuel devicto Oriente Leoni
Captivum misit decimo quem Romula pubes
irata est animal non longo tempore visum
vidit et humanos in bruto pectore sensus
Invidit Latii sedem michi parca beati
Nec passa est ternos domino famuliarer annos
At quę sors rapuit naturę debita nostrę
Tempora vos superi magno accumulate Leoni.

Vixit annos VII. obiit anginę morbo
Altitudo erat palm. XII
Io. Bapta Franconius Aquilanus
a cubili et Elephantis curae Praefectus
posuit
MDXVI. XVIII Junii Leonis X. Pont.
Anno Quarto
Raphael Urbinas quod natura obstulerat
arte restituit.

Ad Fontem in angulo Cenobii S. Mariae Gratiarum pro-pe Portam Angelicam. Anno 1697.

Fr. Franciſcus. Antonius. Boſſa
De. Salvano. Mersen. Dioec. Piorum
Eleemoſynis. a. Se. Collectis. Dum
Huius. Hoſpitii. Eremitarum. Beatae
Mariae. Gratiarum. Superior
Extitit. Hunc. Salubris
Aquae. Fontem. Publico. Beneficio
Faciens. Curavit
Anno. Dni M. D. C. X. C. VII.

# S. Mariae Maioris in pariete An. 1632.

D. O. M.

Decio Memmolo
hujus Basilicę Canonico
Paulo V. Pont. Max.
a Secretis ad Principes
solertia fide opera summe caro
eximia in Deum et homines pietate
vitę integritate morum candore
ac eruditione pręstanti
omnibus aulę ordinis amabili
Christophorus Memmolus
Ruborum Episcopus
Fratri dulcissimo lacrymans
Dormiens obiit qui dicere poterat
Ego dormio et cor meum vigilat
XIII. Kalen. Julii
Anno Domini MDCXXXII.
aetatis LI.

## Item in eadem Ecclesia An. 1672.

D. O. M.

Rodulfo de Aquaviva Aragonia

Francisci XIII. Ducis Hadrię filio qui

Alex. VII Pont. Max.

Cubicularius honorarius Prӕlatus domesticus

Æsii Spoleti Campanię Perusii Gubernator

Clemente IX

Laodicęę Archiepiscopu auctus Pontificii sacelli assitem(sic)

ad Helvetios Nuncius Apostolicus

Clemente X

Provincię Patrimonii Pręses

Offitii Sacrę Inquisitionis Consultor

magna integritatis prudentię humanitatis solertia

laude ubique parta

clarissimo generi virtutem adequavit

in medio rerum atque ętatis cursu pręrepto

Octavius Presbiter Cardinalis patruus

et Iosias Dux Hadrię frater

doloris Monumentum

Obiit Romę IV. Idus Maii Anno Domini MDCLXXII

ętatis suę XXXVI.

# Item An 1675.

## D. O. M.

Immortali nomini
Marii Cardinalis Albricii
in via humili votum ipsius
hic delitescere
haud passi sunt
Cardinales
de Alteriis Carpineus Mareicottus
Executores Testamentarii
Anno MDCLXXV

—1700—

Apud S. Mariam Maiorem in aede nunc Caetani Caserte
Ducis, tunc vero Cardinalis Nerli ~~qui eam~~ Hospitio dementium
reliquit a quo emit Michaelangelus Caetani Ann. 1771.

---

Exilitatem loci, finium angustias
soli et edificiorum inopiam
herilesque arduas utcumque vices
ne quisquam nobis ultra succenseat
nam duo luminaria magna universo Orbi feliciter elucentia
hic ętherea velut in domo sua
aliquando eadem fere temporis continentia
constiterunt
Numina reputes apud Philemona
Innocentius XII. Max. Pontif.
Maria Casimira Polonię Regina
accessus majestate dignationis amœnitate
et qualiscumque commorationis iucunditate
Villam insperato robore splendore novo insueto ornatu
et bonis omnibus cumularunt
hinc eadem tanti beneficii decoris tanti
irradatione ac rore fœcundata
et auspiciis donata maioribus
mansuros in eorum foetus venerationis et gratię
iugiter procreat enititur et ingeminat
Ann. **MDCIC**
et
**MDCC.**

# In Basilica Liberiana in pariete An. 1753

D. O. M.

Memoriam
Andreæ Reggio
Catinensis Episcopi
mox et
Patriarchæ Constantinopolitani
in hac Sacrosanta Basilica
Anno MDCCXVI
ad tempus conditi
Agathinus Maria Reggio
Fratris filius
Episcopus Cephalæditanus
excitari curavit
Anno MDCCLIII.

# In Porticu Basilicae S. Pauli An 1750



Sedente
Benedicto XIV Pont. Max.
Thomas Episc. Ostien. et Velitern
Cardinalis. Rufus
Sacri. Collegii. Decanus
et. S.R.E. Vicecancellarius
Portam. Sanctam. aperuit
Anno. Jubilei. MDCCL.
aetatis. suae. LXXXVIII.
non clausit
adversa. reluctante. valetudine

Sedente Benedicto XIV
Pontifice Maximo
Petrus Aloysius
Episcop. Albanensis
S.R.E. Cardinalis Carafa
clausit
Anno. Jubilei. MDCCL

# S. Mariae ad Martyres in pariete

Clemens XI Pont. Max

Celeberrima hac aede a temporis injuriis vindicata

novisque e marmore imaginibus insigniter exculta

aram maximam in honorem S. Mariae ad Martyres longe magnificentiorem

excitandam designaverat

ipsius tamen obitu intercedente

eam Nicolaus Judice S. P. A. Praefectus cui assignata in sumptus pecunia

ab eodem Pontifice totius operis perficiendi munus

fuerat demandatum expleri curavit

et ex jussu

Innocentii XIII Pont

feliciter sedentis monumentum posuit

Anno Salutis MDCCXXIII.

## Item in eadem Ecclesia in hermete Anno 1786.

Antonio . Sacchinio

Domo . Neapoli

quem

In . faciendis . Musicis . modis

præsertim . ad . novam . Scænam

Italia . Germania . Anglia . Gallia

præsentem . admiratæ . sunt

mortuum . lugent .

Anton . Bart . Desſebues

Dannerius

Amico . Optimo

Qui . vix . An . LI .

Decessit . Lutetiæ . Parisior .

Ann . MDCCLXXXVI .

# Item pariter in hermete An: 1816.

A Domen.co Cimarosa
Napoletano
esimio Maestro di Musica
nato M.DCC.XLVIIII morto M.DCCCI
Ercole Card.le Consalvi.
M.DCCC.XVI.

# Ibidemque Sepulchrum cum protome.

D. O. M
Franciscus de Rosciis Apulus
hujus Templi Canonicus

Ibidem in hermete

Giovanni Paisello :+

Tarantino

Esimio Maestro di Cappella

Nato nel MDCCXLI. Mor.to MDCCCXVI.

Petrus Pierantonius Rom.us F.t

Maria Saverna (sic) Paisiello

Soror de sua Pecunia

Anno MDCCCXVII.

# In Claustro S. Mariae supra Minervam An. 1451

Astorgio . Agnensi . patria . Neap . TT . S . Eusebii . Presby .
Card . Beneventano . cujus . pro . Ro . Ec . virtus . et
omnis . vita . semper . in . actione . fuit . et . qui . re
bus . et . Legationibus . maximis . sedentibus . Mar
tino . Eugenio . et . Nicolao . Ro . Pont . bene
gestis . Romae . obiit . Anno . Salutis MCCCCLI
Et vixit . An . LX .
Galeoctus . eiusdem . familiae . Vir . insignis
et . doctor . patruo . benemerenti . construi
et . se . prope . poni . mandavit

---

Hanc refert Summontius Hist. della Città, e Regno di Napoli Tom. III. pag. 500. Nap. 1748.
Familia Agnese quae iam deficit inter Patricias Curiae Portanovae numerabatur.

# An. 1483

## S. Mariae supra Minervam. In Claustro cum imagine ex anaglypho

Salvo Cassetae Panormitano sumo The
olog. heresis an XXVI. Inquisitori Sacri
Pal. Magro VII. ceterisq3 Predicatorū
muneribus p̄clare functo demū sui
Ord. incredibili oium cōsensu gnali
assumpto. misso pro arduis Ecce rebus
a Sixto IIII.° Pont. Max. in Germanicā le
gationē et re ex voto perfecta reversi
de se maiori spe desiderioq3 relictis
Fri op. ac b. m. ordo f. c. añ agens LXX obiit
XVII.° Kal. Octob. An. salutis M. CCCCLXXXIII

# S. Mariae supra Minervam, in pariete An 1533.

Aloisio Car. Aragonio Regg. Neapolitann. Ferdinandi ne
poti Alfonsiq. prioris pronepoti qui vix. annos XLIIII, M, III
D. XV. Franciottus Car. Ursinus, ex test. f. c. A. MDXXXIII.

Ergo cunta licent lachesis tibi nec datur ulli
evitare tuas improba posse manus
Regibus ille atavis Aloisius aeditus ille
Cui roseus sacro vertice fulsit apex
Ille uni virtus omnis cui contigit unus
qui contra haec potuit vivere saecla
Heu quos nos mortale genus sperabimus annos
Si vita est ipsis tantula numinibus?

# An. 1559.

## S. Mariae supra Minervam in Sacello S. M. Annunciatę, et S. Thomę Aquinatis

Iesu. Christo. spei. et. vitae. Fidelium
Paulo. IIII. Carrafae. Pont. Maximo
eloquentia. doctrina. sapientia. singulari
innocentia. liberalitate. animi. magnitudine. praestanti.
Scelerum. vindici. integerrimo
Catholicae. fidei. acerrimo. propugnatori
Pius. V. Pontifex. Maximus
grati. et. pii. animi. monumentum
posuit
Vixit. An. LXXXIII. Mens. I. D. XX. Obiit ∞DLIX
XVIII. Kal. Sept. Pont. sui. Anno V.

# S. Mariae supra Minervam humi. An. 1571

D. O. M.
Thome Casello
Russanensi patritio
Ordinis Predicatorum
divinarum literarum
peritissimo
Catholice doctrine
propugnatori acerrimo
Episcopo Cavensi qui
pro sancta republica
Christiana
innumeros labores
suscepit
Marius
Protonobilissimus
Patritius
Neapolitanus
poni curavit vixit
Annos LX. obiit
XIX. Martii
MDLXXI.

D. O. M.

Vito Trigintacapillo

Panormitano

pietate non minus quam

provide negociationis

solertia claro

obiit

quinquagenario maior

XVI. Id. Ianuarii

Anno Sal. MDCXXXV.

S. Mariae supra Minervam, humi An 1641

D. O. M.

Vincentius Porrata Aquilanus
qui vixit Ann LXVII. mens. VII
et obiit Kalendis
Novembr: M. D. C. XLI.
sub hoc tumulo
in die novissimo
resurrectionem expectat.

An. 1654

In Minerve Templo prope gradus Sacelli S. Dominici

D. O. M.

Fr. Vincentio Candido

Ordinis Praedicat.

morum candore

doctrina vitaeq. probitate

clarissimo

Cenobii S. M. S. Minervam

semel iterum ac tertio Priori

Provinciarum

Apuliae Siciliae atq. Romanae

Provinciali Praefecto

Apostolico Poenitentiario

Ordinis ter Generali Vicario

Sacri Palatii Magistro

VII Id Novemb. An. MDCLIV.

e mortalium oculis erepto

Ex Fratrum S. M. S. M. pietate

positum

# S. Mariae supra Minervam An. 1700.

D. O. M.

Eminentissimi S. R. E. Cardinalis

Hieronymi Casanate

Cor

pietati sacrum Deoque plenum

effuse in Predicatorum ordinem

beneficientie fons

vota Deo precesque nuncupantibus

grati ac pie memoris animi

monimentum

MDCC.

D. O. M.

Mario . Avarnę . nobili . Pisano

I . U . D . in . Romana . Florentinaq . Curia . nobiliori

Abbas Franciscus Avarna Messanensis

hęres ex aſse testamētarius

cognato de se opt . me : grati animi m . p .

obiit Sepotuagenario maior VII . Idus Junii

MDCXXXII

D. Joseph Avarna Patrũus Messanensis

Successor restauravit

A. D. MDCCVIII

S. Mariae supra Minervam, humi An. 1735

D. O. M.

Ioanni Baptistę Riganti Melphictensi
per sexaginta annos Romę commorato
inter primos Pontificii et Cęsarei iuris peritos
sui temporis numerando
Auditoris apud Cardinalem Sanciaticum munere
triginta quinque annis laudabiliter functo
in tuendis Apostolicę Sedis iuribus
optime et assidue versato
omnibus eius consilia exposcentibus
ob singularem iurisprudentię scientiam
integerrimam vitam morumque suavitatem
acceptissimo
morte sublato XVII Ianuarii
ętatis suę Anno LXXIV.
Nicolaus et Iohannes Baptista germani fratris filii
Patruo amantissimo ac beneficentissimo
moerentes pp.
An.º Dom. MDCCXXXV

Baptistae ex Iudicis humanae
divinaeq. doctrinae ꝓfessori
(sic)
Pontifici Intimilliensi post pa
tracensiq. vix. an. LV.
Iulianus Card. S. P. ad Vincula
Familiari opt. b. m.

# S. Mariae supra Minervam

D. O. M.
Vincentius Sorrata Aquilanus
Civis Romanus
equi solers ac salutis memor
argenteum lignum a se constructum
ad Aram Sanctiss. Rosarii
annuo censu Locorum LV. Montis Fidei
perpetuo attributo succendit
et ex iisdem loca bis septena
R.R. PP. S. Mariæ supra Minervam
Sacrum in singulos dies acturis
ac Societati Rosarii vicena
ad Annivers. iusta et sacrificia
pro ipsius animæ expiatione
quotannis instauranda
Pane etiam distributo
pie elargitus est
alienatione prohibita
ejusque rei memoriam
Sodalitas SS. XII. Apostolorum
ex asse heres
ad præscriptum tabul. apud
Laurent. Bonicontr. Not. Capitol.
VI. Idus Maii receptarum
ponendam curavit

S. Mariae supra Minervam, humi

Caesar Sanctus Phisicus Roma.s

Mariano Sancto Barolitano

Patri medico ac Philosopho

claris. opt. mer. p. c.

---

Ibidem humi

Lapis oblongus cum imagine ex anaglypho

---

Dum . Siculis . obsessa . iugis

et . absente . senectam

Nati . traho . in . luctu

semper . et . in . lacrymis

Vita . mihi . mors . atra . fuit

. . isere . postquam

. . . . . . . mors . est . vita

. . . . . . . . ac . requies

# S. Mariae supra Minervam, in pariete, lapis saeculi XVI.

Deo Imm. S.

Francisco Salamonio si
culo pedestrium copia
rum ductori forti ac
strenuo viro reig. mili
taris peritissimo maximis
rebus pro imperatoribus su
is feliciter gestis extrema
in senectute defuncto.
Carolus Olivus gener et
Claelia Salamonia Oliva
filia benemerenti fecerunt
et Vincentiae Salamonię
sorori dulciss. amabilis
pulchritudinis et casti
tatis mulieri quam mors
immatura corripuit
quę vixit annos XVII

# In Atrio Bibliothecae Casanatensis An. 1700

Innocentio XII. Pont. Max
Hieronymus Casanate Neapolitanus
S. R. E. Presb. Card. et Bibliothecarius
Literarum imperium aucturus
Bibliothecam
Romanę magnitudini parem
in hac ęde Minervę
rem publicam fecit
Athenęum
Romanis artibus addidit
ut quę religione ac fide
cunctis late gentibus imperat
Sacrorum Domina
literarum etiam gloria
triumpharet
Anno MDCC.

---

Æmula liberalitatis et beneficentię
contentione
Joannes M. Castellana
Legatis duodecim aureorum millibus
amplissimi ędificii fundamenta
posuit
Religiosa Prędicatorum Familia
Divę Marię super Minervam
Suis ac piorum impendiis
in hanc formam extruxit
Hieronymus Cardinalis Casanate
lectiſsima Librorum supellectili
mentem ędibus addidit

In Bibliotheca Casanatensi sub simulacro An 1708

Hieronymo S. R. C. Card. Casanate
mecenati optimo
Literarum parenti ac patrono
munificentissimo
quod
instituto Divi Thomę Gymnasio
arcem sapientię super Minervam
erexerit
Bibliothecam
sacrum totius eruditionis ęrarium
extruxerit
binas Angelicę doctrinę cathedras
dotarit
senos variarum gentium Theologos
in Apostolicę sedis obsequium
Romam adsciverit
Prędicatorum Ordo
suprema liberalitate auctus
perenne grati animi monumentum
Anno MDCCVIII.

In Atrio Bibliothecae Casanatensis An 1710

Hieronymus S. R. E. Cardinalis
Casanate
quod certior dicatę Bibliothecę
fructus constet
mutis tot ingeniorum oraculis
addidit Thomę vocem
Summam Angelicam
omnigenę literaturę
tot veterum monumentis diffusę
compendium
in hoc Sapientię Sacrario
expositam voluit
quod dispersum in singulis dedit
in hac una collectum
acciperes
omnisque disciplinę indicatura
tibi fieret liber unus
M.DCCX

# S. Mariae in Via Lata An 1628

D. O. M

Iulius Lavorius
ut in hoc D. Catharinę Virg. Mart. sacello sibi a Canonicis
huius Templi benigne concesso, et a se in hanc formam adaucto
duo concives Capellani binas in die missas
pro sua consanguineorum, et amicorum animabus
Canonici vero anniversarium, Missam semel in mense feria secunda
in honorem eiusdem Virginis, aliamq. solemnem, ac decem privatas
in ipsius festo perpetuo celebrent
reservato familię de Mutis, et iisdem Canonicis
iure patronatus laicali
fructus Scutorum MMCCC legavit.
ut latius in instrumento rogato per acta Martii Nuncule N.A.C.
die XXIII Novembris MDCXXVIII Urbani VIII. Anno V
divitias Templo legavi, membra sepulchro.
O animę heredem scilicet esse Deum.

S. Mariae in Via Lata, humi An. 1630.

D. O. M.

Iulii Lavorii de Laurino
Caputaquem Protonot. Apost.
et Ill.mi D. Cardinalis Muti
ab auribus
Ossa hic iacent
Sciens caduco condidi michi domum
alii caducis nescii condunt sibi
hic sum qui non sum qui sim fortasse requiris
tute ego sum nescis hec tibi sola domus
Obiit die XXIII Ianuarii
Anno MDCXXX
ętatis suę Annorum
LX.

# S. Mariae in Via Lata, humi An. 1653

Aloysio de Rubeis Neapolitano
Phonasco toto orbe celeberrimo
iam satis regnis regibusque noto
cuius ad tumulum
Harmoniae orphana vidua amicitia
aeternum plorant
Joannes Carolus de Rubeis
sibi fratriq. amantissimo
cui cor persolvit in lachrymas
sepulchrum posuit A. D. M. DC. LIII.

# S. Mariae in Via Lata, humi An 1661

D. O. M.

Hic iacet Antonius Arnerius
Nobilis Cusentinus q. annos L
excellentissimae Aldobrandinae
domus e familiarum numero extitit ac
in ejusdem servitute e vita discessit
Anno salutis MDCLXI. die vero X
Januarii aetatis suae tertio et
Octuagesimo fuit vir veritatis
propugnattor acerrimus
pietatisq. erga Deum amantiſsimus
Philippus Arnerius Cognatus et heres
et Marcus Antonius Samblarius
ex testamento exequtor posuerunt.

# S. Mariae in Via Lata, in pariete An 1755.

D. O. M.
Bartholomaeo Albino
Patricio Beneventano
hujus insignis collegiatę Ecclesię
Canonico religiosissimo
quod multa atque insignia beneficia
erga suam contulerit Ecclesiam
aere proprio Sacrarii redditus
auxerit
plastica demum Templi ornamenta
inaurari curaverit
Canonici collegę optimo viro
B. M. P.
Anno Salutis MDCCLV.

S. Mariae in via Lata, humi An. 1761

D. O. M.

Hic iacent Ossa

Bartholomæi Albini

Patritij Beneventani

hujus insignis Collegiatæ Ecclesiæ

Canonici

Vixit Annos LXXXIII. M. III. D. XXIII.

Obiit die XXIII. Mense Dmbri et Anno MDCCLXI

Orate pro eo.

# S. Mariae in Via Lata An. 1770.

D. O. M.

Philippo, et Helenę Cattivera Sannitibus

sanguine ac probitate germanis

quorum alter eximius iurisconsultus

per annos XLV Plumbini Principis generalis auditor

et utriusque Sicilię Regis Secretarius

obiit ętatis anno LXIX salutis MDCCLXX XIII Kal. Mart.

altera virgo dum vixit de numero prudentium

V idus Junii MDCCLXVI prope sexagenaria decesserat

Nicolaus Cattivera

Patruo, et Amitę carissimis Monumentum posuit

familięque suę sepulcrum constituit

MDCCLXX.

# S. Mariae in Via

D. O. M

Bellisario de Bellis
Patruo amantissimo
Pont.^A Innoc. XII. in aula integerrime versato
ab eodē ad Melphictensem primum Ecclesiam
mox ad vices in Urbe gerendas accito
morū candore oībus acceptissimo
immatura morte
cū ad compl.^res honorū gra.^dus merit.^is evocaretur
e vivis sublato
Donatus de Bellis U. I. D. mærens
P.

---

# Ibidem, humi

D. O. M
Theresię Torreglia
de Civitate Pennae
aetatis suae LIII
Obiit XXIII. Januarii
MDCCLIII
Fratres
Orate pro ea.
Gaietanus Calcinę
monumentum posuit

 S. Mariae Transtyberim. in pariete An: 1585 

D. O. M.
Fabio . Taurinetto Ciro
pietate . insigni . ut . Sacrum
singulis . quibusq . hebdomadis
perpetuo . fiat . huic . Capelo
leganti . Antonina . Soror
et . heres . legatum . et . ob
aliud . et . semel . in . hebDomada
celebrandū . Sacrificium
oblationem . praebens
fratri . benemerenti . p . c .
Obiit die VIII . Decembris
MDLXXXV .

An: 1692

# Ad Fontem Transtyberinam ante Virginis templum

Innocentius XII. Pont. Max.
Fontem a suis olim decessoribus reparatum
nimia iam vetustate deformem
aqua etiam angustiori labro exundante
sordium squallore deterso
ampliato cratere
in insigniorem formam
publicę commoditati
restituit

Anno. Sal. MDCXCII. Pont. II

---

## Ibidem

Innocentio XII. Pont. Max.
a Alphonso Litta
Insignia.
Cam. Aplę Cle. Pręsid.

# S. Mariae Transtyberim An. 1743

Antonio Francisco Cardinali Finio
quod antequam titulu hujus Basilicae adeptus fuerit
tecta restauraverit
postea Sacellum Christo nascenti dicatum
et Christo nascituris lavacrum
refecerit atque ornaverit
dein titulo dimisso
iterum singulari exemplo eundem optaverit
ut majores in ipsum promeret largitiones
ni mors statim rapuisset
tandem curante Josepho Cardinali Spinellio
Archiep. Neap. haerede fiduciario
eidem legaverit Sacerdotales Vestes et C. aureos
ad Sacram Elaeothecam cum argenteis vasis parandam
Canonici G. A. M. P. P. Anno CIƆ IƆ CCXLIII.

# S. Mariae Transtyberim. humi. Anno 1815.

Quieti . Et . Memoriae
Francisci . Mariae . Pignatelli
Domo . Neapoli
Summo . Loco . Ad . Grandia . Nati
Quem . Gravissimis . Muneribus . Et . Honoribus
Sancte . Perfunctum
Pius VI . Pont . Max . In . Collegium
Patrum . Cardinalium . Ob . Merita . Adlegit
Vixit . Annos LXXI . M . VI .
Vir . Immobilis . Fidei . Et . Mirae . In . Adversis . Constantiae
Vindex . Sacrae . Auctoritatis
Solator . Egentium . Aegrorumque
Aequi . Observantissimus
Dec . In . Pace ☧ . XVIIII . Kal . Sep . An . M . DCCC . XV .
Substantia . Omni . Sua
In . Dei . Cultum . Et . Subsidium . Bonorum
Testamento . Transmissa
Horatius . Rinaldus . Adiutor . Ab . Epist .
Idemque . Curator . Hereditatis
In . Sede . Honoris . Eius . Monum . Fac . Cur .
Optimo . Et . Splendidissimo . Patronorum

Sacellum Conceptioni Mariae
Virginis dedicatum
Victoria Sophia Marchioni da Guardiae
aere suo aedificavit vinctis cannelis in
Vinio Monte donavit alienari vetita
ac Sacrum quotidie iusta quotannis
propitiando sibi Deo fieri iussit
Ant. Melchior Epus S. Marci Sapplis d. Epus
in Sacra Commendatur
Innocentius Malvasia Card. Epiṡcopus
Ulricus Alexander Grandius Valerius de
Valle et Jo. Enriquez Archiepiscopo Sitaedi
Vocabulum Pe. Ubi Custodes suo pro
ominae liberalitatis a(?) debito Solum
extaret heredes posuere

MDCCLXXVIII

Quieti Et Memoriae
Francisci Mariae Pignatelli
Domo Neapoli
Summo Loco Ad Grandia Nati
Quem Gravissimis Muneribus Et Honoribus
Sancte Perfunctum
Pius VI Pont. Max. In Collegium
Patrum Cardinalium Ob Merita Adlegit
Vixit Annos LXXI M. VI
Vir Immobilis Fortitudine Animi In Adversis Constantia
[illegible] Sacrae Auctoritatis
Salutis Civium Aegrorumque
Atque [illegible] Observantissimus
Dec. In Pace X XVIIII Kal. Septembr. M DCCCXV
Substantiam Omnem Suam
In Dei Cultum Et Subsidium Bonorum
Testamento Reliquit [illegible]
Hector Pignatellus Adiutor Ab Epist.
[illegible] Curator Hereditatis
In [illegible] [illegible] [illegible] Fac. Cur.
Optimo Et Splendidissimo Patrono

# S. Mariae Transpontinae in pariete. An. 1588

Sacellum Conceptioni Mariae
Virginis dedicatum
Victoria Tulphia Marchionissa Guardiae
aere suo aedificavit vinetis cannetis in
Pincio Monte donavit alienari vetuit in
eo Sacrum quotidie iusta quotannis
propitiando sibi Deo fierit iussit
Ant. Meliorius Epus S. Marci Hosplis S. Spus
in Saxia Commendator
et Innocentius Malvasia Cam. Aptcae
Clericus. Alexander Grandius. Valerius de
Valle et Io. Enriquez. Archihosp. S. Iacobi
Incurabilium de Urbe Custodes quo piae
foeminae liberalitatis monumentum
extaret heredes posuere
M. D. LXXXVIII.

# S. Mariae Transpontem, in pariete An 1678

D. O. M.

Ill.mus et Rev.mus Fr. D. Mattheus Orlandus qui Prior Generalis
Religionis Carmelit. existens posito suis manibus primo lapide
incoepit construere primarium Altare hujus Ecclesię S. M.
Transpontinę eiusdem Ordinis die XI Aprilis Anno Dni
M. DC LXXIV. illud opera sua magnifice absolutum
ipse iam inauguratus Episcopus Cephaludensis
Regię Catholicę Majestatis Consiliarius
solemni ritu consecravit dnica IV. Advent. die XXIII Decemb. eod. an. ex
rite ibidem collocatis Reliquiis S.S. Deodati Felicissimi, et Innocentii M.M.
Item S.S. Agnetis et Lucillę Virginum, et Martyrum
peractisq. sacris ceremoniis ad eandem aram missam de altaris
consecratione iuxta prescriptam Ecclesię formam celebravit
in cuius facti et grati animi monumentum.
Fres Carm. lapidem istum poss. Anno Domini MDCLXXVIII.

Vide Historiam Chronologicam Priorum Generalium Latinorum Or-
dinis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo in qua vitae gestaq.
eorum, atque res memoratu digniores, quae sub singulorum acciderunt re-
gimine breviter describuntur Auctore F. Mariano Ventimiglia eiusdem
Ordinis Exgenerali Priore - Neapoli 1773. pag. 255. et seq.

# Item in eadem Ecclesia An. 1759

P. S. M.

F. Anastasii Gonzalez
Carmeli Maioris Neap. Alumn. et
S. T. M. P.
ad Paroch. S. M. Traspont.
de Urbe
ob insignem in pauperes pietatem
olim elati
pii integerrimi, optimi
Christianae professionis Magistri
nec in omni virt. genere alienig.
quod
ob labores pro commissis sibi ovibus
sublatos
aetatis annum XLVIII
dum ageret
Pleuritidis morbo correptus
Nono Kalendas Ianuarias
A. C. MDCCXIX
mortal. explev.
ad cujus Animam sublevandam
Clemens Papa XI
plura Missae sacrif. Deo obt.
quae sub hujus Ecclesiae fornice
Ossa
per XL. annos jacuerant
in Sacello B. V. de pietate sacro
cujus ad Aram assidua vota
venerab. persolver.
F. Seraph. M. Potenza in Paroch.
Successor
decentius transtulit
MDCCLIX.

Vide Degli uomini illustri del Real Convento del Carmine Maggiore di Napoli del P. Mi. Mariano Ventimiglia pag. 62. a 79. Napoli 1756.

S. Mariae Transpontinae, in Sacrarii pariete An: 1735

D. O. M.

Franciscus Columna Branciforte Apostol. Cancell. Regens.
et Io: Baptista ejus germanus frater
Ven. Ecclesię S. Marię Transpontinę
Scuta tria millia sexcenta donarunt
perpetuis adiectis oneribus.
Missam quotidianam pro suis suorumque animabus celebrandi
ac singulis quartis feriis de mane cum cereis triginta sex
Sanctissimum Eucharistię Sacramentum
publicę venerationi exponendi
Instrumentum rogavit Ioseph Antonius Serius Curię Burgi Notar.
Pridie Nonas Majas Ann. MDCCXXXV.

D. O. M.

Joannes Baptista Columna Branciforte
huic S. Ecclesię S. Marię Transpontinę
Scuta bis mille donavit
cum onere
celebrandi Missas biscentum quadraginta
quolibet anno in perpetuum
ex Instro rogato per acta J. A. Sery Notarius.
MDCCXLI die Nona Marty.

D. O. M.
Dionorae Columnae
a Caramanico Theat. D.
amantissimae coniugi
insigni pietate
singulari pudicitia
et prudentia ornatae
viginti quinque annis
Christiana et coniugali
charitate transactis
Alexander Rainaldus I.U.D.
Bibliothecae Vaticanae custos

# S. Mariae Transpontinae, humi An: 1620

D. O. M.

Hic jacet M. Alfius Mattiolus
Siculus Alcamensis sanctitate
doctrina prudentia
regimine admirabilis
omniq: virtutem genere
floridissimus.
multum docuit multum
praefuit multum profuit
Obiit aetatis suae A. LXXXI
die VI Junii MDCXX.

# S. Mariae in Cosmedin An: 1123.

✠ INFRASCRIPTOR PIA SACRA PATROCINIORV GELASIVS IVSTVS DEDIT ISTIC PAPA SECVNDVS

IN N·DNI·ANN·V·PONTIFICAT·DMNI·CALIXTI·II·PP·M·MAIO·D·VI·

DEDICATV·E·ALTARE P MAN·IPSI·VBI RECDITE·S·HERELIQVIÆ

DE SEPVLCHRO DNI·DE·VESTE·ET SEPVLC·S·MARIE·DE LAPIDIB·S·STEPHANI·

DE CRATICVLA·ET SANGVINE·S·LAVRENTII·DE RELIQVIIS·S·SEBASTIANI·

VNV DE CAPITIBVS·SCOR IIII·OR CORONATOR BRACHIV S YPPOLITI·M·BRACHIV·S·BONI

FATII·IIII·PP·CORNELII·PP·CALIXTI·PP·FELICIS PP·AGAPITI MR·ANASTASII·MR·

SECVNDIANI M·PIGMENII PBRI M·FELICIS ET AVDACTI·PCESSI·ET MARTINIANI

COSME ET DAMIANI·MARCI·ET·MARCELLIANI·CESARII·ET IVLIANI·MARCELLINI ET

PETRI·ABBACIRI ET IOHIS·ABVNDII ET IRENEI·CHRISANTI ET DARIÆ·MARII·ET

MARTHE SCOR·VII·FRM·XL·MARTYRV·CIRIACI ET SOCIOR·EIS AGNES V·R·

CECILIÆ V·SERAPHIAE·V·ARTHEMIÆ V·PRISCE MR·SABINE M·MAR

MENIÆ M·SCE SVNEME·DE RELIQVIIS CIMITERII S MARIÆ AD

MARTYRES ET RELIQVIÆ DE VETERI ALTARI·ET ALIOR PLVRI

MOR SCOR QVORV NOMINA DEVS SCIT AN MCXX·III INDIC·I

N.° 8

✠ INFRASCRIPTOR. PIA SACRA

IN N·DNI·ANNI·PONTIFICAT

DEDICATV·E·ALTARE

DE SERVI

PERPETV

VNV DE CAPITIBVS SCOR·

FATII·III·PP·CORNELII·PP·CALIXTI·PP·FELICI

SECVNDIANI·MARCELLIANI

COSME ET DAMIANI·MARCI ET MARCELLIANI

PETRI·ABBACIRI ET IOHIS·

MARTHE·SCORVM·MARTYRVM·CIRIA

CECILIE·V·SERAPHIE·V·ARTEMIAE·V·

VENIAE·V·SCE· DE RELIQVIIS

Venturo inverso sydere dat lachrymas
Funere sed merito exceptus iacet Orbiſ in Urbe
Orbem qui totum ducere natuſ erat.

Obiit

Anno reg. sal. MDCCXXV.

XX Kl. Junii

Aet. suę XLI ~

An. 1727.

# In Conventu Capuccinorum in Cap. S. Felicis

D. O. M.

et

S. Felici a Cantalicio Capno

aram hanc

SS. Gaudentii & Magni reliquiis inclusis

recurso tempore

quo S. Felix in hac angusta cellula moriens

a Deipara Christum deum gestante

olim fuit invisitus

Benedictus XIII Pont. Max.

XV. Cal. Jun. MDCCXXVI.

propria manu vovendo sacravit

in ipsa consecrationis die

XV. Indulgent. Annos totidemque quadragenas

in Anniversaria autem

septenos et septenas

Pontificia liberalitate

in ævum usque duraturas

indulsit concessit relaxavit.

In Ecclesia Capuccinorum humi An:1755.

D. O. M.

Carolo. Patti. Patricio. Romano

Didaci. Patti. Meſsanensis. filio

Equiti. Hierosolymitano

et. Pontificii. Procoetoniſ. Custodi

summae. integritatiſ viro

qui. vixit. Ann. LXI. Menſes. IV

et. obiit. diem. suum. IV. Nonaſ Martiaſ

Ann. Domini. MDCCLV.

Joanneſ. Franciſcuſ. Guerriniuſ. Roman

Haereſ. Fiduciariuſ

Amico. in. comparabili

moerenſ. poſuit.

D. O. M.

Alexander Miloniuſ Commẽndatariuſ S. Antonii Offene Eques Ordini Electorali Palatino una cum poſteriſ adscriptuſ mortalitatiſ memor hoc Monumentum in ęde S. Franciſci Patroni sui vivenſ sibi posuit curante Marco Antonio Milonio fratriſ filio natuſ est die XXV. Januarii Anno MDCLXXXIII. Obiit die 1 Martii MDCCLXX.

S. Caroli ad quatuor Fontes, humi. An. 1683 =

D. O. M.
Dominicus Petrus
de Joanne Syracusarum
Cubicularius
felicis memoriæ
Sanctissimi Domini nri
Papæ Clementis X
Prothonotarius
Apostolicus
et Ecclesiæ Cathedralis
Cefaludensis
Archidiaconus
Obiit die XIV. Mensis
Novem.bris Anno Domini
MDCLXXXIII. Ætatis suæ
An. LXXXI. Monumentum
posuit.

S. Caroli ad quatuor Fontes, Rumi An. 1683=

Anno 1613.

# San: Catharinae de Rota humi

D. O. M.

Baldasaro Dalfino
Siculo marito optim
o Martia Dalfina m
oerens et lacrima
ns posuit die XII
Aprilis MDCXIII.

Item in eadem Ecclesia, humi Anno 1630

D. O. M.

Michaeli . Angelo . Vigilanti
Montoriensi . Apriitino . et
Romano . Civi . qui . in . Rom . Cur .
per Annoſ . XXXVI . inviolabili
semper integritate
Montium . Cameralium
aliorumq . secretarium . egit
Secretariiſ . Apostolicis
in . Sacra . Cancellaria . regesti
fidem . prestitit . integerrimam
et . litterarum . omnium studiiſ
assidue . vigilantem
absolvit . vitam
Vixit . Annoſ . LVI .
Obiit . Ann . Domini M . DCXXX
XI . M . Maii
Agatha Bonazzina Romana
Viro . optimo . posuit .

montoriensi

# Pariter in eadem Ecclesia humi An: 1732

D. O. M.

Josepho Lanata Patritio Bovensi
qui J.U. et Sac. Theol.
Laurea donatus
Protonotarii Apostolici
honore insignitus
hujus Parrochialis Ecclesie
triginta tres circiter annos
Populo sempergratus
Curia infaticabili vigilantia
gessit
Josepho Morabito Matruo suo
amantissimo posuit
Obiit die V. Julii MDCCXXXII
Ætatis sue Annorum LXXII.

Item in eadem Ecclesia in pariete ad dexteram. An: 1782

A. ☧. Ω

Josepho. Vasi
domo. Panormo
Architecto. Pictori. Sculptori
Equestri. Ordine. insignito
monumentis. Romane. magnitudinis
aere caelatis
et. commentario illustratis
clarissimo
qui. pie. vixit. Ann. LXXI. M. VII. D. XVIII.
Decessit. XVI. Kal. Maii
An. M. DCC. LXXXII.
Marianus. filius. et haeres
et Maria. Cassuria. nurus
Coniuges. unanimes
Patri. et Socero. optime merito
cum. lacrimis posuerunt
Vale. in pace.

Item in eadem Ecclesia cum Imagine An: 1791.

D. O. M

Josepho Ricciardelli
Patria Sclavi in Sorano
Regii Ordinis Constantiniani
Equiti
Ferdinandi IV. utr: Sic: Regis
ad Pium VI. Pont. Max.
Pro Legato
religione. prudentia
integritate solertia
caeterisque virtutibus claro
fratri amantissimo
Carolus Ricciardelli heres
lugens posuit.
Obiit XIII. Kalendas Martii
MDCCLXXXXI
Vixit Annos LXXIII.
M. XI. D. VI.

## Anno 1600

## In Ecclesia SS. Cosmę & Damiani in Foro Boario, humi

D. O. M.
Gilibertus Issar et
CRVIILLAS Panhormi
tanus splendidis(sic) na
talibus ac spectata
religione clarus
Philippi II Catholici
Regis a sacris Episc
opus Syracusanus
post pactensis
Optimus Antistes
Obiit Anno Iubilęi
M D C.
Ætatis LXX die XV.
Aprilis

# Item in eadem Ecclesia humi Anno 1620.

D. O. M.

Hic iacent duo lumina
Frum Tertii Ord. S. Fran
Rm P. M. Io. Bap. Provezanus
Siculus drep. et P. M. Io. Ant.
Brandus Siculus a Salem
sane moribus ac meritis
preclari in verbo Dei et
Sciis summopere versati
quorRII cum cet diff. gentis
obiit XIII. Maii MDCVIII
aetatis suae LIII. p' tanbis
ad gnalatus dignit. promot'
II. vice electus vix. anu
pficien. fuit statim morte
prevent. X. Aprilis M.DCXIV
aetat. suae III in cui' dignit
Rm p. m. Sanctor' Pecorella
Siculus a Salem a SS. P. P. Paulo V
vic. Aplicus gnalis creat' fuit
assupt q. ob. singularē erga
eos ben. lap. hunc libeti aio
dicavit idib' Maii MDCXIV.

Multum docuit multum
prefuit multum profuit
Obiit ętatis suę A. LXXXI.
die VI. Iunii MDCXX.
Ex Carmelit. Familia.

## Pariter in eadem Ecclesia, humi Anno 1645.

D. O. M.

Franciſcus Antoniuſ
Ragoniuſ Cacchiuſ
Avezzanensis æterna
memoria dignus vir bone
indoliſ et Dei fervore et
charitate ardentiſsimuſ
quem ne mortaliſ vitæ
pericula duceret ad
immortalitatem Deuſ
pertransire fecit Ann. Dñi
MDCXXXXV die XXVI Menſ
Martii vixit Annoſ XXX
Menſ X. dieſ XXI. et pro
benevolentia erga eum
Anna Cæcilia Pinti Romana
eiuſ Soror non sine
maximiſ lacrymis id
Monumentum agendam
curavit.

Item in eadem Ecclesia, humi An: 1684.

D. O. M.

Gregorius de Alteriis
Resciglianii Murensis Dioecesis
in Aprutio citra
nativus
hujus Ecclesiæ
et devotus et benemeritus
Sacerdotis dignitate
Deo gratus
pietate prudentia probitate
mundo desiderabilis
humanarũ litterarũ magisterio
Romæ utilis
ætatis anno LXVII
mortalitatis exuviis depositis
h. s. e.
Octavo idus Octobris
MDCLXXXIV.

219

Pariter in eadem Ecclesia, humi Anno 1703 =

D. O. M.

Io. Antonius Antonellus
Patritius Marsus
in Archihosp. SS. Salvatoris
per Annos XXV. prim. Physicus
memor mortis sibi suisq. p.
An. D. MDCCIII

Item in eadem Ecclesia : Anno 1716 &c.

D. O. M.

Io. Bapta Capilupi Materanen
Innocentii XII. Pont. Max.
ab intimo cubiculo
Episcopuſ Poliganensis
contra nominiſ omen
ab eodem Pontifice renunciatuſ
amantiſſimus Ovium pastor
iuxta Isaię vaticinium
habitavit Lupuſ cum Agno
Romę tandē in hoc ipso Cœnobio
sarcina carniſ abiecta
eodem templo condi decrevit
Obiit V. Nonaſ Maii Anno aetatiſ
LXIII. Sacerdotii XXIII.
humanę salutiſ
MDCCXVI.

# In Oratorio SS. Celsi & Iuliani in Banchi in pariete

Em̄s et R̄ms D. Nicolauſ Tit.
S. Mariæ in Domnica
Praesb. S. R. E. Card. Coscia
huiuſ Archiconf. Protector
XXIX. Septembris MDCCXXV.
Altare hoc erexit et consecravit
eodemq. die Indulg. uniuſ anni
et in Anniversario consecrationiſ (sic) 100. dier
illud pie visitantibuſ conceſſit
Comes Nicolauſ Soderinuſ Prior
Cesar de Amadeis
Nicolauſ Pius
Carolus Falcher
Custodes posuere

# S. Clementis. In Porticu Anno 1697 ~

## Innocentius P. P. XII.

Universis Christifidelibuſ presentes literaſ inspecturiſ salutem et Apostolicam benedictionem ad augendam fidelium religionem et animarum salutem cęlestibuſ Ecclesię thesauriſ pia charitatē intenti ac supplicationibuſ dilecti filii nostri Thomę Marię Ferrari tituli S. Clementiſ S. R. E. Presbyteri Cardinaliſ S. Clementiſ nuncupati nobiſ super hoc humiliter porrectiſ inclinati omnibuſ et singuliſ utriusque sexuſ Christifidelibuſ vere pęnitentibuſ et confessiſ ac sacra Communione refectis qui Ecclesiam eiusdem S. Clementiſ de Urbe fratrum Ordiniſ Predicatorum in ipsiuſ S. Clementiſ et S. Ignatii Martyriſ festiſ diebus a primiſ Vesperiſ usque ad occasum solis dierum hujusmodi devote visitaverit et ibi pro Christianorum Principum concordia hęresum extirpatione ac S. Matriſ Ecclesiæ exaltatione piaſ ad Deum preces effuderint qua die predictorum id egerint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimuſ in contrarium facientibuſ non obstantibuſ quibuscumque presentibuſ perpetuiſ futuriſ temporibuſ valituriſ. Datum Romę apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoriſ die tertia Decembriſ MDCXCVII. Pontificatuſ nostri Anno Septimo

# Item in eadem Ecclesia, humi An: 1537.

Andreae Matthaeo Palmerio

Neapolitano

Sancti Clementiſ Presbytero Cardinali

Joanneſ Vincentiuſ Palmeriuſ

fratri optimo

multiſ cum lacrymis poſuit

qui vixit Ann. XLIII

menses V. dieſ X.

Deceſſit XIII. Kal. Februarii

M D X X X V II.

# Pariter in eadem Ecclesia An: 1592.

D · O · M ·

Hic · jacet · Vincentius
Laureus · T · T · S · Clemen ·
S · R · E · Card ·
Montis · Regalis
nuncupat ·
Obiit · sex · kal · Ian ·
M DXCII
Religio Ministrantium
infirmis haeres opt · de se
merenti ex testam · p ·

## Ibidem humi An: 1595.

Aloysio · Guarnerio · Iacobi · Ant · F ·
Vincentii · Laurei · Card · Montisreg ·
ex · sorore · Nep · opt · spei · adolescenti
Iul · Caesar · Guarner · Episc · Campanien ·
Patruus · moerens · pos ·
Ob · V · Id · Iun · An · Sal · M · D · XCV · aetatis XIX ·

## SS. Dominici, & Xisti Anno 1700

D. O. M.
Margaritę Rotę
Nobili de Taliacotio
piiſsimę misericordi officiosę
quę
hujus Cœnobii ubi diu vixerat
Regulam et Moniales quantum dilexerit
et
hanc B. Virginis Imaginem devote coluerit
etiam post obitum testatura
in hac Ecclesia voluit
tumulari
et pro quotidiano hic celebrando
Missę sacrificio
Sacerdoti ab hęrede eligendo
et amovibili XXXVI. Scutis annuis
et IV. quotannis huic Sacrario largiendis
gravavit heredes
in hujus Sacrę Imaginis perpetuum cultum
propriae Animae suffragium
ac Monialium beneficium et commodum
nata XX. Maii MDCXXX. Obiit XXV. Novembris MDCC.
Paulus Manfredus
hęres usufructuarius
Coniugi dilectiſsimę
aſsiduis lacrymarum gentis
hunc Lapidem exharavit.

# In Claustro Conventus S. Dorotheae

Ob Memoriam Iuliani Dathi
Basil. Lateranen. Poenitentiarii
atque hujus Paroeciae Rectoris
Qui cum Gaspare Contareno Iacobo Sodoleto
Matthaeo Giberto Ioanne Petro Caraffa
Caietano Thienaeo Aloysio Lippomano
Latino Iuvenale, Tullio Crispoldo
aliisq. Romanae Aulae Proceribus
Insigne Sodalitium Divini Amoris
ad Reformationem Urbis
Apud Aediculam SS. Sylvestri et Dorotheae
Leone X. Pont. Max. instituit
FF. Minoritae Con.
Suppositum Lapidem ab interitu vindicarunt

# In Ecclesia S. Dorotheæ An: 1785.

Quieti. Et. Memoriae
Innocenti. Franc. F. Panicieri. V. C.
Domo. Parma
Equit. Constantia
Praeſ. TabularI. Farnesiani
Regum
Karoli. Catholici. Et. Ferdinandi Kar. F.
Scribae. Primi. Neapoli. Ad Extranea
Adlecti. Inter. Silentiarioſ.
Item. Romae. Praepositi. Commiantium
Cura. Agendiſ. Ad. Negotia Urbiſ Regii
In. Omni. Adminiſtratione. Abſtinentiſſimi
Qui. Vixit. Ann. LXXVI.
Rem. Publicam. Egit. Ann. LV
Comitate. Prudentia. Fide
Laudem. Omnium. Et. Amorem. Merituſ
Deceſſit in pace ☧
XI. Kal. Oct. Anno M. DCC LXXXV.
Karoluſ. F. In. Locum. Ejus. Romae. Suffectuſ
Patri. Indulgentiſſimo. B. M.
Cum. Lacrimiſ. Fecit.

Calceolariorum Universitaſ SS. Crispini et Crispiniani de Urbe.
Stas. circumcirca domoſ ad hospitaliſ erigendi fundatione emit
Anno Salutiſ. MDCXIII. Paulo V. Pont. Max. A. X.
Josepho. Borgia. Siculo. Guber. Dominico
Tocciano. Io. Andrea Magistri. Ioanniſ
Christiano. Belmonte
ejusd. Univer. et Societatiſ
Guardianiſ et Consulibuſ
ac Ioanne Tertio Camerario.

S. Aegidii in pariete A° 1726.

D. O. M.

Petronillę Paulinę de Maximiſ

die XXIV. Decemb. MDCLXIII. inter Marſoſ clara progenitę famil

ibidem Hortonę et Carriti dominę

Sam. March: Francisci de Maximiſ Patr. Rom

Hadrianę moliſ ac. Ferrarię Pontif. claſsis prǫfecti uxori

ingenii acumine poeſi cæteriſque virtutibuſ ornatiſsimę

quo vir fortitudine in variiſ Europę partibuſ armiſ emicuit

eo doctiſsima mulier in celeberrimiſ Italię Accademiiſ

illuſtribuſ editiſ verſibuſ ac monumentiſ

Vixit et fama ſemper vivet

dilectiſs: Matri A. D. MDCCXXVI. die III. Mart. pientiſs.

March: Angeluſ ac Æmiliuſ filii obſequentiſ animi ergo

Lapidem hunc mæſtiſs. poſs.

# S.ti Eusebii, humi An: 1714.

D.. Marinus Caracciolus Princeps Santiboni
Supreme classis Hispaniarum magnates (sic)
Ordinis Sancti Januarii Eques
et Sac: Majestatis utriusque Sicilie
in exercitio aulicus
Vixit Annos XXXX. Menses IV. dies XX
Obiit in Domino die prima Julii
Anni Incarnationis Dominice MDCCXIV.

## Et Ibidem humi An 1715

D. O. M.
Hic req. cineres
D. Tecle Caraccioli
de Principib. S. Boni
que etate Ann. V
mens. VI. et IX. dierum
Obiit
sub die XXIII. Novemb.
Anno Sal. MDCCXV.

= Anno 1715 =

Item in eadem Ecclesia, humi

D. O. M.

Hic iacet Corpus

D. Ioannæ Caraccioli

ex Principibus Torellæ

ac uxoris Marini Caraccioli

Principis S. Boni

quæ ætate annos LXVI

Men. I. et die III

Obiit III. Decem.

Ibidem humi Anno 1728

D. O. M.

Hic iacet Constantia de Principibus

Sancti Boni Ec. quæ obiit die VI. Apl. ætatis

An. II. Men. X. dies III. An. Sal. M. DCC. XXVIII.

## Pariter in eadem Ecclesia, humi An. 1755.

D. O. M.
Constantia Caracciolo
de Sancto Bono
filia Æccm.rum Gregorii Caracciolo
et Mariæ Theresiæ Odescalco
Vixit annos duos menses septem
Obij (sic) die XIV Februarii
Anno Domini MDCCLV.

Ibidem humi Anno 1755

D. O. M.
D. Marini Caraccioli
filii
Excell. D. Gregorii Caraccioli
et
D. Theresiæ Odescalchi
ex Principibus Sanctiboni
qui obijt ætat. suæ An. 1. Men. V.
die XXI. hic repositum est Corpus
die XXIX. Martii An. Sal. MDCCLV.

## Item in eadem Ecclesia in majori Arcu. An: 1759.

Henrico Henriquez Neapolitano S. R. E. Cardinali Presbytero
quod vixit aſsumpto titulo haſ D. Eusebii Presbyteri Rom. ædeſ
primum Imperatoriſ Constantii Ariani iuſsu carcerem
mox Pont. Rom. decernente Templum titulo et Statione clarum
a fundamentiſ et ad presbyterii symmetriam reædificaverit
ac morte præventuſ legata pecunia ornari voluerit
Cœnobii Abbaſ et Monachi Cœlestini
An. Dom. MDCCLIX.

## Ibidem humi An: 1760.

O. D. O. M.
D. Iacobi Philippi Caracciolo
filii
Excell. Domini Gregorii Caracciolo
et Domnæ Theresiæ Odescalchi
de Principibuſ Sancti Boni
qui vixit menses Octo et dieſ XII
et obiit die XVI. Maij
Anno MDCCLX.

Pariter in eadem Ecclesia, humi Anno

D. O. M.

Cammilla Caracciolo

ex Principibus

Sancti Boni

S. Eustachii. In atrio Domus Parochialis, cum protome marmorea An 1600

D. O. M.

Hic iaceo invitus Ianus Pelusius Urbsq
magna Croto magne Grecie habrē (sic) dedit
(sic) Dixi diem vixi semper bene plurima scripsi
que Marcus Cicero Virgiliusq probant
nunc parvum hoc. saxum. tibi. supplicat. hospes. ut. ores
Verbigena Christi pro requiete mea vixit Annos
Octuaginta obiit quarto idus Februarii MDC.

Ibidem in Sacrarii pariete

Sacerdos. Ioannes. Ungaretti
de Pastina. Fundanę. DiÆcesis
hujus. Ecclesię. Vice Curatus
reliquit. Duo. Loca. Montium. S. Petri. IX. erect.
ad. pulsandum. Organum.

Item in eadem Ecclesia humi An. 1771.

D. O. M.

Josepha · Antonia · Caracciolo

Ferdinandi · Mendozza · y · alorcon · Marchioniſ · de · Valle

Vidua

cum · vixiſſet · Annoſ · Sexaginta · duoſ

inter · Suorum · Suſpiria · lacrymasq ·

diem · clausit · extremum

IV · Idus · Augusti · MDCCLXXI ·

Sorori · piae · dulci · amantiſſimae

Joanneſ · Constantiuſ · Caraccioluſ · de · Sancto Bono

S. R. E.

ac · insigniſ · hujus · Collegiatae · Card · Diac ·

m. p.

An: 1646.

# S. Francisci de Paula ad Montes. Sepulchrum cum Protome

D. O. M.
Ioanni Pizzullo
Presbytero Calabro Regine
Diœcesis Bisignanen bene
de ordine Minimorum
Merito
hujus studiorum Collegii
Fundatori
nonagenario fere defuncto
XIV. Kal. Sep. M. DC. XXIII
Fratres ejusdem Collegii
et Provinciæ ex asse heredes
posuere
Anno Domini M. DCXLVI.

# Item in eadem Ecclesia Anno 1666.

D. O. M.

Iulio de Legibus Calabro de S. Agatha
Dioc. S. Marci Civi Romano I. U. D.
viro animi virtutibus ornatissimo
in amicos benevolentia in omnes alios
humanitate apprime ornato
qui post impensos annos XXXX
in Ro. Cur. in patrociandis clietū causis
cum eximia integritatis fama
magno sui relicto desiderio
in hoc loco
Sibi suisq. posteris vivens electo
carnis resurrectionem
expectare voluit
Obiit XXI Iunii MDCLXVI
Vixit annos LVIII menses IV. dies XIX
Dominicus de Legibus Patri dulcissimo p.

1681

An: 1681.

# Item in eadem Ecclesia humi

D. O. M

Abb. D. Georgio Marrae

Praesb. Cosentino I. U. D. et Proth. Apost

in terris cultu maximo ~~minimam~~ diligenti

in eius templo post morte humari cupienti

defuncto XV Iulii MDCLXXXI

Ludovicus Valente I. U. D. ex sorore Nepos

amoris pignus m. p.

 

# Ibidem Anno 1687.

D. O. M.

R. D. Hieronymo Rossi terraę Prailiae Dioc. Tropeae
I. U. D. Proton. Apost. et Canonico preben ejusdem
Civitatis qui ob summam in Dei genitricis Mariam et
S. Francisci de Paula devotionem reliquit Ecclesię
et Patribus Collegij ejusdem Sancti ad montes
annuum Censum Scutorum mille et ducentorum
ad rationem quatuor pro quolibet centenario
ut constat per acta Novii Notarii Capitolini sub
die XIX. Iun. MDCLXXXVI. cum onere trium Missarum
in qualibet hebdomada diebus Mercurii Veneris et
Sabbati in altare B. M. V. in perpetuū cum conditione
quod in casu reductionis d. Census non teneantur
DD. Fratres celebrare nisi tot missas quot possunt
ad rationem duorum iuliorum
pro qualibet Missa

Obiit VIII. Novembris. MDCLXXXVII.
aetatis annorum LXXVI M. IX. D. XXVIII
Ioannes Carolus Visleveras heres p.

## Pariter in eadem Ecclesia humi An. 1709.

D. O. M.

Hoc ſub. Lapide iacet corpus

F. Nicolai a Longobardis

Ser. Dei Ord. Minimorum

cui

M. ob eximiam religioſe vite

obſervantiam

ſeparatum hoc monumentum

P. P.

Superiorum Licentia

poſuere M.DCC.XVIII

Obiit die III. Feb. M.DCC.VIIII.

1722 / humi

## Ibidem, humi = Anno 1722

D. O. M.

Hic. iacet

P. Albertus Gullo Minimus

Vir profudae humilitatis & paupertatis eximiae

qui

proximorum ſaluti adlaborans

ſexagenario maior abſumptus est

Die XXVII. Ian. M.DCCXXII

Pariter in eadem Ecclesia, humi An: 1735.

D. O. M.

Philippo Anastasio

Neapolitano

iuris utriusque Doctori

Poetę Oratori

Philosopho Mathematico

Theologo prestantissimo

Archiepiscopo Surrentino

Ecclesiasticę libertatis vindici acerrimo

editis multigenę eruditionis libris

longisque exantlatis laboribus

Strenuo iurium sedis apostolicę adsertori

annis tandem meritisque gravi

ad Patriarchatum Antiochenę

Cathedrę dignitatem evecto

Vixit annis LXXX. Obiit Romę V. Idus Majus

MDCC.XXXV

Ludovicus Agnellus Archiepiscopus

Surrentinus et Franciscus anastasii patruo

benemerentissimo posterisque posuere

Item in eadem Ecclesia humi Anno 1747.

D. O. M.

Hic iacet corpus

P. Petris Lupo a Longobardis Ord. Minim. Sacerd.

qui

ex humilitate profundus in charitate fervidus

et erga pauperes valde pius

hoc in Collegio XXXVII. annorum decursu

equaliter vixit

tandem nonagenario maior in pace quievit

die 1. Maii: MDCCXLVII.

Pariter in eadem Ecclesia, humi Anno 1755

Felici Solatio. Castriotę
ex. illustri
Joannes Castriotę Epiri regis
genere.
Epō Bisianensis Thebarū inde Archiepō
Sac. Congreg. Regularis discipl. a Secretis
Joannes Solatius Castriota Patruo magno
pietate ac doctrina insigni M. P.
Obit VII. Id. Martias anno MDCCLV.
ętat. sue LXXV.

An: 1780.

Item in Platea ejusdem Ecclesiæ supra portam Cœmeterii

Ut mortis recordatio
mortalium que erga pios hujus Parœciæ
S. Francisci de Paula manes
excitaretur pietas
R. P. Franciscus Otrantus Parochus
Coemeterium extruendum curavit.
Anno MDCCLXXX.

S. Lorenzo di Rupano humo An. 1595.

D. O. M.

Aloysio Pecorino nobili Neapol. Anno XIV aetatis publice in Gymnasio Neap. annis opera in philosophia sub [illegible] philosophorum principi [illegible] doctoratus dignitatem assecuto et ad Collegium admisso in eodem Urbis gymnasio per annos XX Dialectices philosophiae ac theoricae Medicinae ordinario professori Philippus frater [illegible] et Vincenza [illegible] Nobiles Roman. coniugi carissimo fecerunt vixit ann. XXXVIII mens. XI dies XVIII Obiit IV Kal. Xbris MDXCV.

Ibidem humo An. 1650

D. O. M.

Octavio Caccace

Civi Surrentino

Mercatori in Urbe

Onuphrius et Jo. Carolus fratres

Fratri ac Familiae Carissimo PP.

Vixit annos LVI

Obiit IV Kal. Junii MDCXXX

## S. Francisci ad Ripam, humi. An: 1595.

D. O. M.

Aloÿsio Peregrino nobili Neapol. Anno XIV. nato publice in Gÿmnasio Neap. ianuis apertis in philosophia facto periculo philosophorum principi renunciato doctoratus dignitatem assecuto Et ad Collegium admisso in almę Urbis gÿmnasio per annos XX. Dialecticę philosophię ac theoricę Medicinę ordinario professori. Philippus fratri dulciss̄o, et Ginevra Cecia Nobilis Romana coniugi carissimo fecerunt. vixit ann. XXXVIII. mens. XI. dies XVIII. Obiit IV. Kal. Xbris MDXCV.

## Ibidem humi An: 1630.

D. O. M.

Octavio Cacacio
Civi Surrentino
Mercatori in Urbe
Onuphrius et Io. Carolus Fratres
Fratri ac Familiae Cacaciae PP.
Vixit annos LVI
Obiit IV. Kal. Iunii MDCXXX

# Pariter in eadem Ecclesia humi An: 1636.

## D. O. M.

Petrus Paulus Florillus Neapolitan pede=
strium Copiarum in Flandria et Germania
Ductor, post plura preclare et fortiter gesta
in celebri precipue apud Nerligam
conflicta in quo ab Austriacis sub Sereniss.°
Rege Hungarię ac Regio Hispaniarum
infante Cardinale cum Suecis de summa
rerum collatis signis decertatum ac pro
Catholicis divino opitulante numine de=
cisum est Victor Neapolim rediens Romę
tandem post plures bellorum motus su=
perstes in pace recubuit VI. Non. X.bris
MDCXXXVI. ętat. ann. XXVIII. Mens VII.
dies XI. Andreas Pater et Sanctes Floril=
lus. Fr. męstiss. posuere

## Item in eadem Ecclesia humi An. 1668

D. O. M.

Laurentius de Martiniſ

Surrentinuſ

ad Tibridis ripam per XXX annos

Mercator celeberrimus

Lapidibus quos nephritis pertinax

illius corpore generaverat

tumulum sibi construxerat

sic moriens documentum posteritati

reliquit

vitę integritate et morum candore

solam cęli mercaturam

eſse quęstuosam

aętatis XLIX Salutis MDCLXVIII

die XXIX. Ianuarii

Michael et Io. Cammilluſ Fratreſ

Fratri amantiſsimo

sibi posterisq. suis

hoc amoris et doloris monumentum

posuere

# Ibidem Anno 1703

D. O. M.

Cum hic iaceant oſsa Franciſci Fiengiae
Angelae Rivae uxoris Fabritii Natalis Joannae
Uxoris de Martiniſ plani Civitatiſ Sorrenti
ac alior filior et conſanguineor ejuſdem
familiæ de Martiniſ
Fratribus iunior Andreaſ et Antoniuſ hujus
almæ Urbis filii DD. Nataliſ et Joannæ ac
fratres et conſanguinei DD. praedefunctor
cupientes unionem quam semper cum ddeor
parentibuſ fratribus et ſororibus in vita
ſerverunt etiam poſt eorum obitum continuare
ideo ipsis morientibuſ hic sepeliri decreverunt
et ſibi suisque hæredibuſ et Succeſsoribus
poſuerunt ut ex inſtrumento rogato per
atta (sic) Rosselli sub die XXI. Augusti MDCCIII.

## Item in eadem Ecclesia humi An 1726.

D. O. M.
Elisabetha Erasmi
di Salermo
vivente posuit
Anno Dni
MDCCVIII
Obiit XII. Aprilis
MDCCXXVI.
ętatis suę
LXXXXI.

---

## Ibidem humi An: 1735.

D. O. M.
Dominico Columnę Equiti S. Jacobi
et Antonię Branciforte
ex Principibus Scordię
parentibus
Antonio Columnę
Catholicę Maiestatis Cubiculario
Equiti clavis aurę
et Francisco Columnę
Apost. Cancellar. Regenti
Germanis Fratribus
Joannes Baptista Columna Branciforte
moerens posuit
Anno Domini MDCCXXXV.

## Item in eadem Ecclesia, in pariete An: 1736.

D. O. M.
Hic iacet Corpus
F. Francisci a Cisterna
Laici prof. Ord. Min. Ref.
qui obyt XVII. Octob.
An. MDCCXXXVI.
ætatis suæ LXXVI.
Mens. VII. dier. XXIII.

Item in Cœmeterio, in pariete Anno 1738.

D. O. M.

Virorum sospitati defunctorum perpetuæ paci
Troianus S. R. E. Presb. Card. Aquaviva de Aragonia
SS. Dni nri Clemen. XII. totius Ord. Minor. Comprotector
consulens
ad Religiosorum cineres excipiendos
quos
Monumenta in Choro iam existentia
per annos triginta supra centum claudere assueverant
ob nimiam graveolentiam quam ex temporis diuturnitate exhalabant
vetus hoc Cœmeterium
ampliavit instauravit ornavit
Anno Dni MDCCXXXVIII.

# Item in Ecclesia, humi Anno 1779.

D. O. M.
Dominicus Salemne Cajetanen
Vixit Annos LXIV. Menses VII
Obiit die VI. Nombris Anno MDCCLXXIX.
hoc sibi elegit sepulchrum
Orate pro eo.

# Ibidem

D. O. M.
Anellio et Matthaeo de Deamatis
genere Campanis in regno
et prosapia illustri claris
nec minus pietate integritate
quam sanguine Germanis
Antonius Deamatus patri patruoq.
de se optime meritis
ex consilio atq ope Francisci Martoli
Avunculi ac tutoris
cum icone utriusq. Monumentum posuit
Vixit Anell.s pater An. XXXVIII. Matt.s patruus An. LI.

## Pariter in eadem Ecclesia humi An. 1774

D. O. M.

Erasmæ Salemme de Palma Cajetanen

Dominicus Salemme ejus coniux

hoc Monumentum

dolentissime posuit

Vixit annos LII. Menses III. dies II.

Obiit

die V. Septembris Ann. MDCCLXXIV.

Orate pro Ea.

# In Ecclesia Stigmatum

✠ Universis X̄ fidelib' ī ube costitutis. fr Labetas misatiõe divia Ep̄s AQINAS ac scissimi Paīs 7 do nrī dni Bonifatii =
= divina providetia Octavi PP 7 spiritualib' in ube Vicari
generai. Salt in Dno sempitnā. Sco4 meritis inclita gaudia. Fideles X assequi minime dubitam' qui eq; pat cinii =
= p condigne retbutonis
obsequia pmeretur. illuq veneretuz in ipis quor. gtā ē et retbutio merito4. nos igit ad cosequendū pdicta gaudia causā dare fidelib:
cupientes omnib' vere pentetib' et confexis qui ad Ecclām Sco4. XL. martirū de calcaraNO de ubē in die cosecratiois ipius Ecclē
et altaris beate et glose Virginis Marie in ipā Eccla existetis. cui Virginis Marie ē insignitū vocabulo per nos die dnico
octavo mensis deceB'. XI. indictiōe sollepnit celebrate. nec non in die cosecratiois Altaris dictor. scor. XL. Martirū in ipā Eccla existetis. quor. ē vocabulo insignitu. die dnico. IX. Mensis Martii consecrati. cū reveretia et devotite accesserint annuati. de omnipotetis dei mia. beate Marie Virginis eius matris. et beator Petri, et Pauli Aplor. eius auctoritate confisi. C. et. XL. dies de iniucta sibi penitentia misericordit relaxam'. Data Rome apud Scm Marcū. sub Anno Dni Millo. CC. nonagesimo. VIII. Indictione XI Pontificat. pfati dni nri PP. Anno. IIII. Mensis Martii. die. XXII.
Hec sunt reliquie que sut in altarib' Ecclē Scor. XL. in primis de Ligno Scē Crucis. Scē Agnetis. Scī Saturnini. Scī Lauretii. Scor. Pti et Iacinti. Scī Bartholomei Apli. S. Alexadri S. Xpofori. S. Crescetii. et Simphoriani. S. Superatii S. Blasii Epi. S. Bemetrio (sic). de vestimeto Beate Marie Virgis. de vestimeto Dni nri Ihu Xpi. de oleo Scē Katerine Virg. et Scē Ciriace et Scī Mariani. S. Marciali. S. Felicitatis. S. Eugenie S PVDEDTII (sic). et alior. mltor. quor. noia hic no st
hoc op' fieri fec. Blasius de Saxolinis p aīa sua et parentū suo4

Dedit Ecclesie.

Item in eadem Ecclesia, humi An: 1641.

D. T. U.

Jacobo

Ferrantiſ . . . . . I. U. D.

Nobilis Brundusini

filio

plurium linguarum erudito

. . . . . . . . .

ſcientia celeberrimo

atque

Concionatori praeclaro

Epiphaniuſ Colizziuſ

Nurſinuſ Sacerdos

Magistro benemerenti

ſeptuagenario majori

virtutibuſ eximio

ſibique poſuit

Obijt Non. Augusti

M.DCXXXXI.

# Item in eadem Ecclesia humi An: 1749.

Præcordia
D. Dominici Martij Pacecho
Caraſa Neapolitani
Magdalunensium Ducis
S. Januarij
et Velleris Aurei
Equitis
Sacrorum Stigmatum
fratris amantiſsimi
qui decedens Romæ
XXVIII. Novembris
Anno MDCCXLVIII.
post ætatis annos. XLII.
Menses VII
pro suo erga
Sodalitatem amore
hic condi voluit
dum Magdalanum
Cadaver efferetur
eo translato
die IV. Junij An. MDCCXLIX.
propinqui mærentes
eodem Anno
M. P.

Pariter in eadem Ecclesia, in pariete An: 1749.

Teresiae . Gambardelliae
Amalphitanae
quod . scripta . testamento . haerede
Archiconfraternitate . Sacrorum . Divi
Francisci . Stygmatum . jus . ei
reliquerit . nominandi . ad . tria
perpetua . Missarum . legata . quodque
ex . reliqui . assis . redditibus . bessem
in . aureos . denos . singulis . puellis
Kalendis . quibusque . Maiis . communicantibus
distribui . trientem . haeredis . emolumento
cedere . jusserit
eadem . Archiconfraternitas . grati . animi
monumentum . piissimae . foeminae
R . D . S . M . L . P .
Vixit . annos . LXXXIIII . dies . ps . ms . LV .
Obiit . Idibus . Decembris . CIↃIↃCCIL .

# In Hospitali Mulierum S. Galligani An: 1737

Giuseppe Franzese
Cittadino Napoletano
dono (sic) allo Spedale Quattro mila
Cento settanta quattro Scudi
senza addossargli peso veruno
come vedesi dall'Istromento
rogato dal Ficedola
Notaro Capitolino
sotto il di 27. Luglio 1734.
Ed egli morì nel Luogo Pio
ai 3. Marzo 1737. in età di
Anni 70.

In Ecclesia S. Gregorii in Cœlio Monte An. 1602.

S. Gregorio Magno
Papæ
et Ecclesiæ. Doctori
Patrono. suo
Cæsar. Baronius
Tit. SS. MM. Nerei, et Achillei
S. R. E. Presbyter. Cardinalis
locorum. antiquitate restituta
Sacram. Statuam posuit
et. populo fideli
Venerandam. proposuit
Clemente. VIII. Pont. Max.
Anno. MDCII.

Item in Oratorio Anno 1603

Sacris ritibus Deo consecratum in memoriam Sanctæ Dei Geni=
= tricis Virginis Mariæ
Sancti Andreæ Apostoli et Sancti Gregorii PP. Anno Dom:
= MDCIII. Clementis VIII

An: 1604

Item in porticu Ecclesiæ sinistrorsum

Sacra Memoriæ Sanctae Silviae restitutae

S. Silvia S. Gregorii Magni Rom. Pont. mater egregia claruit Sanctitate nam adhuc viventem ob ejus insignia vitæ merita beatam Angelus praedicavit post obitum vero idem S. Gregorius perpetuae ejus memoriae sacram imaginem dedicavit cujus et nomen semper sanctitatis titulo insignitum publicis monumentis est ad posteros propagatum et sacrae Reliquiæ cultæ ejus quoque nomine Ecclesia apud S. Sabam in loco Cellanova dicto in Urbe antiquitus structa cultu Sanctis debito frequentata est quam iniuria temporum dirutam et oblivione sepultam ita jacere indignum pietate Christiana ratus Cæsar Baronius Tituli SS. Nerei et Achillei Presbyter S. R. E. Cardinalis hic opportunius in sacris filii ædibus restituendam curavit. Ubi et ejus Statuam antiquo decoram schemate collocavit et Altare reliquiis ipsius in eo conditis consecravit die V. Novembris qua et ejus memoria Anniversaria solemniter celebratur plenaria concessa ea die locum visitantibus Indulgentia Anno Salutis MDCIIII. D. N. Clementis Papæ VIII. Anno XIII.

Item in Ecclesia adjacenti Sanctæ Silviæ

Sub Statua

S. Silviae. S. Gregorii Magni PP. matri
Caes. Bar. S. R. E. Presb. Car. p.

Ante Altare

Sacris. ritibus. Deo. consecratum. in. memoriam. S. Silviae. Matris. S. Gregorii. PP.

Item in Claustro qui nel Ecclesia in pariete Epitaphio 1575

Isabella sorella di Ferrante di Capua Du
ca di Termoli et moglie di Alberico Cibo
una dei Principi d'Amalfi et Principe di Mas
sa Donna di bontà et costanza di valore e di gran
dio esemplare morì in Massa con grandissi
ma costantia della fede christiana
l'Anno MDLXXV et per l'Anima sua lascia per
che se li dicessero Messe da questi Padri Gre
goriani un Censo di scudi X l'Anno perpetuo
quali li han pagati da M. Felice Tassoni
per Instro rogato da M. Bernard.o de Cimi
tib Not.o Capu. sotto di XXX di Marzo MDXLVII appare

Item in Claustro ejusdem Ecclesiæ, in pariete Anno 1575.

Isabella sorella di Ferrante di Capoa Duca di Termoli et Moglie d' Alberico Cybo una dei Principi d' Imperio et Principe di Massa Donna di Santimonia di valore e di giuditio esemplare morì in Maſsa con grandissima costanza della Fede et con animo invitto l'Anno MDLXXV. et per l'Anima sua lasciò perche se li diceſsero Messe da queſti Padri Gregoriani un Censo di Scudi X. l'anno perpetuo quali li ſon pagati da M. Fulvia Tasca come per Instro rogato da M. Bernard.o de Comitib. Not.o Capit. sotto di XXX. di Marzo MDXLVII. appare.

Martiae Baroniae
Viduae religiosiss.
Amitae Suae
Caes. Baronius
Presb. Card. posuit
Vixit Ann. LXXXVII.
Obiit Kal. Decemb.
Anno Dom. MDCV.

Martia quae dicor tres hostes una subegi
non obii ut peterem praemia terna abii.

FAMILIAE BARONIAE

Item in Claustro Anno

D. O. M.

Jacobo Baldo de paerito Caputaquen. Benefactori

Monachi posuere DEF.M in eor. tumulo

Mis. XXX. pro ejus anima celebratis humare

et quotannis in d. obitus anniver.m

Missamq. quotidie in Sab. de B. V.

In festis de festo aliis dieb. de DEF.is

Ut in Act. Julii Olivel. A.C. Not. D. XX. Jul. MDCXIII

perpetuo celebrare promiserunt

Secus si fiat quod donatum fuit

Hosp.li S.TÆ Trin.s Peregrinor.

iisdem pactis devolvatur.

Item in pariete Ecclesiae ante Sacellum Card: Salviati An: 1751.

D. O. M.

Francisco Mileto Messanensi
S. Salvatoris ad Montes
Parocho Monachi Camaldulensis
Benemerenti PP.
Decessit A. MDCCLI. XI. Kal. Febr.

# S. Gregorii ad Pontem Cæstium humi An_

D. O. M.

Alfonsius. Zielus. Romanus.
ans. etatis. sue. XVII. cum. di
midio. IIII. Chale. Sept. MDCII
Tiberis. improvisa morte pre
vento filio virtutum ac
doctrine benemerito
Cesar Ziellus Neapolitan
eius pater mestiss. posuit.

In Ecclesia S. Grysogoni humi

Septimius Cæsura et Fratres
Fratri duclissimo
moestiss. pp.

---

## Ibidem humi An. 1595.

D. O. M.

Vincenzo Alfano di
Saberno fece fare gesto (sic)
Sepolchro per lui et per
tutti li suoi heredi e
descendenti et in
particolare per Honorio
Romano suo figliuolo
qualle (sic) dopo Anni III e
mesi III, e giorni XXI
passò a migliore vita
a dì primo Novembre
MDLXXXXV.

# Pariter in eadem Ecclesia, humi An: 1672

D. O. M.

Julio Caesure Aquilano
Philosophiae ac Medicinae
Doctori
suaviss. moribus et probitate
incomparabili
qui dum Romae artem medendi
magno complurium principum
virorum bono
omniumque plausu exercet
summa de se merito
expectatione concitata
sub ipsa iuventutis
et exercitationis initia
immatura morte prereptus
Ann. D. M. DC. LXXII. Kal.
Septembris
aetatis sue XXXI. et Mens. VI.

# S. Hieronymi de Charitate humi An: 1590.

D. O. M.

Scipio. de. Rubei (sic)
Barien. I.U.D.
ad. unam. religionem. omnia. dirigen.
prae. Christo. omnia. contemnen.
in. omni. vita. Christiani. hominis. muni.
naviter. exercens
primum. in. S.^mae^ Caritatis. Sodalitat
dein. in. paenitentium. mulierum. cur
deputatus
Antonio. Gallo. utrobique. Praelat
et. in. pietate. laborum. socio
herede. relicto
h. S. e.
heres
S. Hieronymi. Congregatio
paenitentibus. mulieribu
Sodalitati. Spiritus. Sanc
singulis
centenis. aureis. Scutat.
ad. Annivers. pro. amico. peragendu
assignatis
reliqua. hereditate. in. pias. caussas. distribu
P. C.
Vixit. Ann. LIIX. Ob. prid. Id. Ian. CIƆIƆXC.

Pariter in eadem Ecclesia humi An: 1592

. . . . . oriosaq. Virgini Mariæ
. . . . lexander Rabitus
. . . ysicus Siculus patriæ
. . . cli Siracusanae dioces
hic iacet cuius anima
requiescat in pace
et expectat
resurrectionem mortuor
vitam venturi sæculi amen
Archiconfraternitas
Charitatis heres ex
testamento posuit
Obiit IIII. Id. April. M. D. XCII.

# Pariter in eadem Eccleſia An: 1615.

Matthaeo Catalano
ſacerdoti IC ac nob. Siculo in
rebuſ geren. verſatiſ. piiſ operibuſ
valde propenso de Archiconfratre
Charitatiſ largitione facta
benemerenti Sodaleſ Charitatiſ
ſpontaneo ac grato animo poſuere
atque Anniverſario et Miſſarum
celebrationē ſuffragari
perpetuo in hac eadem Eccleſia
decrevere M.D.C.XV.

S. Iacobi Incurabilium, in pariete An: 1605.

D. O. M.
Victoria Tolfia
Guardie Marchioniss
Sacellum hoc condi
singulo die Sacrum fieri
Anniversariū quotani
celebrari mandavit
Hospitale S. Iacobi
haerede instituto
Custodes poni curarunt
A. D. MDCV.

Item in eadem Ecclesia humi An. 1626

D. O. M.

Hic recondita sunt Ossa
Hieronymi del Balzo de Sirletis
ex Sorore Nepotis
Gulielmi Cardinalis Sirleti
ad expectandam vocem illam
Surgite Mortui
et
venite ad iudicium
Obiit hoc Archihospitali
herede relicto
die VIII Junii MDCXXVI.

Pariter in eadem Ecclesia humi Anno 1575.

D. O. M.
Gineuræ Delphinæ
Neapolitanæ piæ
et benemerenti
Custodes S. Iac. Incu
rabilium haeredes
ex testamento
posuerunt
Vixit annis LXV. Obiit
Kal. Aug. Anno Jobilei
MDLXXV.

Geneura Delfinia Neapolitana Archihospitali
S. Iacobi Incurabilium ultra alia bona mobilia
domos tres contiguas in Campo Martio sitas
quatuor Millium Aureorum valoris haereditario
nomine reliquit ea conditione ut ne unquam
alienari possent disposuitq. ut pro eius anima
Sacrificium singulis diebus et Anniversarium
quolibet Mense celebrari debeat praedictorumq.
memoriam in tabula marmorea literis
consignatam publice extare voluit

Item in eadem Ecclesia Anno 1714.

D. O. M.

Antonius de Philippo

Neapolitanuſ

S. D. N. Innocen. XII

In utraque Signatura Referendariuſ

hic iacet

omnibuſ abunde virtutibuſ insignitus

rem suam omnem Locorum Montium

Ecclesię huic et Archihospitali

ubi olim cuſtos et defenſor fuit acerrimuſ

reliquit

et pro quarta aliorum bonorum portione

una cum tribuſ Nepotibuſ cohęredem

quorum stirpe deficiente assem totum

substituit

annuo relicto censu quatuor Sacerdotibuſ

obeundi quotidie Sacri

hoc ad Altare

Beatę Marię Virginiſ Patronę

et

Sancti Francisci de Paula Advocati

erectum

Vixit annoſ LXIV. Menseſ XI. dieſ XIII.

Obiit die XIV. Novembriſ MDCLXXXXIV.

Gubernatoreſ Archiospitaliſ

Sacellum hoc simulacris picturiſ

parietibuſ marmoreiſ ex albo deauratoque

nobiliter decoratum

una cum tumulo

posuerunt

Anno salutiſ MDCCXIV.

Jacobi Rossa Cavallini expositum Ao. 1746.

Bernardus Ant. Vitalelli
Episcopus Constantiensis
die XXIV Julii MDCCXLVI.
Altare majus in honor. SS. Corp. XTI
B. V. Mariæ ac SS. XII Apost. et alterum
in honor. SS. Blasii Ep. et Mar. et Liberii Ep.
solemni ritu consecravit
Archiconfraternitatis SS. Corp. XTI
Confratres PP.

S. Jacobi Scossa Cavalli in pariete An: 1746.

Bernardus Ant. Pezzella
Episcopus Constantienſis
die XXIV. Julii MDCCXLVI.
Altare majus in honor. SS. Corp. XTI
B. V. Mariæ ac SS. XII. Apost. et alterum
in honor. SS. Blasii Ep. et Ma. et Liborii Ep.
solemni ritu consecravit
Archiconfraternitatiſ SS. Corp. XTI
Confratreſ PP.

In Templo Farnesiano, [illegible] An: 1635

D. O. M.

Pompeio Mangiarono Patritio
utrimque dignitatum decoro
[illegible] integerrime
[illegible]
justitiae publicae diu defensori
perpetuitati dicatum [illegible]
An. Sal. CIƆIƆCXXXV. Aetat. LXII.

Ibidem humi. An. 1621

Francisco Guevarae
Provinciae Patrimonii Prolegato
summam indolem
celsa ingenii atque animi
praestruente
patefacto ad honoreſ boniſ artibuſ aditu
modoque imperii spe sata magni nominiſ
inter plausum studiaque bene ominantium
e Trajecto profluentiſ nova trieteride extincto
Jo. Dux Lorenzo III Magnuſ Regni [illegible]
fratri suavissimo
In sepulti monumentum doloris P.
A. S. CIƆIƆCXXI

In Templo Farnesiano, humi An: 1635

D. O. M.

Pompeio Mangionio Crotoniati
Utriusque Signaturae Decano
pio moderatissimo integerrimo
obiit
justitiae publicae diu defensae
perpetuum desiderium
An. Sal. CIƆIƆCXXXV. Aetat. LXII.

Ibidem humi An: 1621.

Francisco Guevarae
Provinciae Patrimonii Prolegato
summam indolem
cultu ingenii atque animi
praetervecto
patefacto ad honores bonis artibus aditu
modoq. imperii spe sata magni nominis
inter plausum studiaq. bene ominantium
in Traiectu profluentis nova trieteride extincto
Io. Dux. Bovinens. III. Magnus Regni Senescalcus
Fratri suavissimo
In sepulti monumentum doloris P.
A. S. CIƆIƆCXXI.

Item in eadem Templo, humi An: 1655.

D. O. M.

Petro Aloysio Carafae

SS. Silvestri et Martini in Mont. Tit. Equitii

S. R. E. Presbytero Cardinali

Sacrae. Congreg. Concilii Trident. Praefecto

XV. Kal. Mart. An. 1655. aetat. 74.

In ipsis Vaticani Comitiis e vivis erepto

Francis. Belvederii Princeps Patruo magno p.

# Item in eodem Templo humi An. 1679

D. O. M.

Hic vocem Angeli resurrectionis
et adventum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi
Francisci Mariæ Cardinalis Brancati Episcopi Portuen
Ossa cineresq. eiusdem peccatoris expectant
Obiit Ann. 1675. ætatis 83.
hanc nudi nominis nudoq. in lapide
non laudis non sculpturæ ornamento
decoratam epigraphem
uti testamento ille rigorose præscripserat
sic opere religiose inscriptam voluit posuitq.
Stephanus Archiepiscopus Brancatius Epūs Viterbiensis
ex fratre Nepos et heres
ne tanto patruo moderationis
sibi obedientiæ gloriam invideret
Anno Salutis 1679.
alio loco tantis virtutibus tantisque in se beneficiis
monumentum dignius excitaturus

Pariter in eodem Templo humi An: 1685.

D. O. M.

Hic iacent ossa
Josephi Corvi Bibliopolae filii
q. Sebastiani et Fratris Jo. Baptistae
nati in Oppido Mataeloni Dioecesis
Casertanae Anno 1618. 11. Junii
Romae mortui
In Templo Jesu qui est fons vitae
voluit post mortem poni
ut in aeternum vivat
Anno Dni 1685.
Aetatis suae Annorum 66.
Obiit 13. Maii

Item in eodem Templo    Anno 1709.

D. O. M.

Petrus Riggio et Branciforti
e Principibuſ Campi Floridi Panormitanuſ
Utriusque Signaturę Referendariuſ
Urbium complurium Gubernator
Sacręque Consultę Ponenſ
exiguo vitę, magno glorię curriculo confecto
ulteriora dedignatuſ apud homineſ virtutiſ pręmia
spes suaſ
una cum oneribus in proximo sacello tumulandos
Deo Deique Matri dedicavit
moriens
V. Kal. Decemb. Anno ętatiſ XXVIII
R. S. MDCCIX.

Copia della lapide [illegible] Gennaio 1583

Victoria Tolfa Pauli Papae IIII [illegible] filia
adiunctum ambitum hunc directo ad ortum solis
via circumeunte concluſum [illegible]
Marchionis uxor [illegible] voluntate ex
alia in aliam [illegible] Pauli IIII ac Pii
etiam IIII Summorum Pontificum auctoritate
commutata Collegii Societatis Iesu
[illegible] domus tunc existentis concessit
cuius liberalitatis memoria ne cum veteri
habitatione [illegible] tolleretur [illegible]
[illegible] aedificio [illegible] Gregorii XIII
Pont. Max. [illegible] magno sumptu
comparatis et solo aequatis aedibus
extructum illi adiunxit

eiusdem Societatis Collegium
hoc grati sui erga piam atque illustrem feminam
animi perpetuum extare voluit monumentum
Ann. M D LXXXIII

Victoria · Tolfia · Pauli · Papae IIII · Sororis · filia
aedium · ambitum · hinc · directo · ad · ortum · Solis
via · circumeunte · conclusum · Camilli · Ursini
Manupelli · Marchionis · viri · sui · voluntate · ex
alio · in · aliud · pium · opus · eiusdem Pauli IIII · ac · Pii
etiam · IIII · Summorum Pontificum · auctoritate
commutata · Collegio · Societatis · Iesu
conductas · domos · tunc · incolenti · concessit
cuius · liberalitatis · memoria · ne · aut · veteri
habitatione · eversa · tollatur · aut · ab · amplissimo
obscuretur · aedificio · quod · Gregorius XIII ·
Pont · Max · compluribus · magno · sumptis
comparatis · et · solo · aequatis · aedibus
extructum · illi · adiunxit

eiusdem · Societatis · Collegium
hoc · grati · sui · erga · piam · atque · illustrem · feminam
animi · perpetuum · extare · voluit · monumentum
Ann · M · D · LXXXIII ·

Item in eadem Ecclesia humi Anno 1698

Scipioni Lancellotto Lauri Marchioni Parenti optimo
et Sacelli huius
ob valetudinem ab Aloysio bis impetratam
Authori primo sibique et suis
Octavius Maria Lancellottus Lauri Marchio
Paternae æmulator pietatis
aucta ad opus perficiendum æris relicti sorte
Monumentum hic posuit
ut ipsi etiam Maiorum ac Posteriorum cineres
Patronum suum recognoscerent colerentque
Anno Dni M·DC·XCVIII·

Jtem in eadem Ecclesia humi Anno 1708.

D. O. M.
Caroluſ Abbaſ Franconuſ
Ex equestri Neapolitana Familia Patritiuſ Romanuſ
Francisco S. R. E. Cardinali Barberino
Sacri Collegii Decano Urbani VIII. P. M. ex fratre Nepoti
Honorariuſ olim Aulæ Præfectuſ
Supremum diem instare sibi præsentiem
Procul ab avito maiorum suorum sepulcro
in aede S. Laurentii ante Aram eiuſ Martyris
Neapoli posito
ubi primum sepultuſ Franciſcuſ de Francone nobiliſ Mileſ
mortalitate functuſ Anno MCCCC
In hoc S. Ignatii Templo ubi jacet Vincentiuſ frater Soc. Jesu Sacerdos
et Caroluſ Nepos ex alio fratre magna expectatione adoleſcens
sibi suisque sexagenario major posuit
Anno MDCCVIII.

Item in eadem Ecclesia An. 1729.

D. O. M.

Io. Bap.tæ Tituli Sancti Stephani
in Monte Cælio Cardinali Salerni
Societatis Iesu Consentino
Dominici Salerni et Cæciliæ Contestabile
Ciaccio coniugum filio
